maximè infirmis, debilitatis, sæpius ad eam consilii causa, consolationis
seu rationē adiutorii confugientibus, cum charitate maxima subueniebat.
Infirmis fratribus nris, imo omnibus suam opem implorantibus
Erga infirmos et pauperes Misericors
emplastra, et unguenta sua manu parabat, et subministrabat et
multos de magnis egritudinibus, non tam fortè medicinalibus, quam
piis suis precibus, liberauit, tristes, afflictos, tum munifica manu tum
consiliis, tum piis exhortationibus consolabatur; Cum pietatis operibus
et misericordiæ Christiānæ maxime delectaretur, non mirum erat, quod
ipsa cœlestium donorum consolatione sæpius abundaret. Frater mīs.
Beatissimum Patrem Franciscum Patriarcham nrum piissimo cultu (quem
in specialem Patrem, Patronum et vitæ suæ et salutis directorem apud
Deum, sanctè prælegerat) honore et veneratione semper prosequebatur

quotid.

quotidianas suas devotiones et pia desideria, per eiusdem merita et intercessionem Deo offerre solebat. Hinc venit, quod etiam erga Fres nros pio affectu et casto amore ferebatur, et ubi Angelos terrestres vel homines celestes, venerata est, sanis victum, aegrotis fructibus sume cum patiebj, pharmaca, emplastra et alia domestica medicamina pprijs manibus parando, ministrabat. materno fere affectu, et quidquid nobilis Matrona habere poterat, ea fribus libenter offerre non negligebat; à fratribus vero si quid etiam minimum ipsi offerebatur, vt sacras reliquias, religiose recipiebat; ex pietate erga Frem nros, panes pauperibus ad portam oblatos per Frem nros, maxima fragmenta panis de mensa frum collecta à pauperibus recipiebat cum devotione, deinde eis vel pecuniam vel quid dans. lens simile pro fragmentis panis, extra fragmenta ipsa comedebat, et amicis suis, mittebat ex devotione, insuper eundem Johannem lavgiebatur, Ita devotio erga Ffres aquam, qua lavabantur pedes frum maxime forensium vel de via venientium vel Sabbatho sibi invicem lavantium, cum pietate recipiebat, et eadem fata faciem, caput imo totum se cum devotione lavabat, eadem aqua instar lustralis aquae, totam domum ex pietate respergebat, et infirmis ad lavandum se super pavigebat, etsi occurrente necessitate aliqua, talem aquam non habebat, tunc superiorem loci obnixe petebat, vt eius mandato alteretur aliquid fris lavarent pedes. et ei darentur ista aqualia, pie enim credebat bona Matrona, quod ex contacta manuum et pedum frum mirum, talis aqua aliquid virtutis et sanctitatis haberet, ad sanandos demoniorum et sanandos infirmos, et quidem vbi compertum, erat secundum fidem pie matronae, quod multis aegris, debilibus, usus eiusdem aquae, ad sanitatem corporis (fuit) et animae prodierat: Eandem aquam mittebat fabricabur nuptijs, cum mandato vt infantes suos, filios et filias lavarent eadem aqua. Hinc eiusdem pie matris exemplo et hortatu, filiae eius et filij nobiles, quotiescunq ad eorum aulas, domos fres nostri itinerantes diverterent vel Angeli Dei recipiebant, et pruinae eis aquae ad lavandos pedes eorum offerebatur (quorum pedes ipsamet Magnifica et nobilis Matrona

mona

hora si permitterent (Pres cum deuotione leuare cupiebat) et talia
qua laudabat se suosq; et aspergebat domum officinas, iumenta, fabula.
ex cum maxima pietate, et vsq; fidem suam recipiebant experimentaliter
benedictionem Dei efficacem. Cum q; omnium heroicarum virtutum laude floren-
tissima, per singulos etatis sue gradus laudabiliter se vixisset, vt esset amica
Christiane religionis vivum exemplar, et sic vsq; ad senectam bonam in bo
nis operibus perseuerasset, cursum mortalitatis perfecisset, incidit in letalem
morbum, adq; Sacramentorum antidoto munita, animo preparata, pio et Christi
ano exitu ad celestem patriam, migrauit, non sine dolore plurimorum, maxi
me nobilium consanguineorum et amicorum, plena annorum (octuagenaria) et
annis (minus
bustis meritorum cumulata suspensa, cum opinione sanctitatis, migrauit, ma
gnum sui desiderium relinquens omnibus, Ab omnibus vt pia et Deo chara.
In funere corporis sui proclamata fuit, quod in Eccla S. Jacobi Apostoli
Conuentus Ffrecen deposuit, et quidem absq; vlla seculari pompa, nam
testamento suo sub benedictione materna filios et filias sibi diuiter
obtestata est, vt accepita, vt illam vti pauperem Christi, et quasi vnam
vrbanam sine apparatu vllo et vana pompa seculi, sepeliri facerent: petiit
vt sacrosancta Missae sacrificia quam plurima pro eius anima cele
brarentur, et inter pauperes eleemosyna distribuerentur, quod et facta
fuit: Corpus eius licet humidissimo loco conditum fuit, et breui-
post sepultum corpus ex undatione nimia aquarum, sepulchrum eius
aquis repletum esset, tamen post septem annos in translatione corpo-
ris sui ad nouam Eccla S. Annae Kanicatur uti recenter exedi-
ficatam, omnino incorruptum et integrum cum omnibus suis operi-
mentis repertum fuit, et sic integrum cum tumba in Sepulchro Capellae
Choro adiacente, conditum est..

Tumulatur absq; pompa

Eodem anno die 7. Septemb. deuotissima ac pijssima
Virgo Zuzanna Ciuis Cracouien, quae pietate, religione in Deum insi-
gnis, bonorum operum et meritorum plena erat, non sine opinione sancti
tatis, sarcina corpis deposita, beatum finem accepit: Cuius vitae series
compendiose descriptam vide in Annalibus fol.

Virgo Zuzanna Kmeco una moritur

1645, d. 25 Aprilis. Vindus Pater Valerian Gruszczynski Sacerdos et Confessarius, qui ex Observantina familia pio in Deo affectu et zelo strictioris Observ. regularis ductus, ad Reformatorum transiverat, ubi pie et laudabiliter exemplariterq; toto vitae tempore conversatur fuit: Vir fuit nobili prosapia natus, religiosus summa sinceritatis, mirae simplicitatis et profundissimae humilitatis, patientiae invictae, quam vel maximè in sua gravi et diuturna infirmitate, patientissime et resignatissime amore Christi inflammatur, non sine magna Dum deficacone sustinendo, liquidò monstravit, cuius infirmitatis vi et impetu corpus eius alias evasum et pingue satis extenuatum fuit: Guardiani et Praesidatus officio praeclare aliquoties functus fuit. Tandem dierum (sexagenario maior) plenus et operum pietatis opimus, post Sacramenta ea devotissime suscepta in Conventu Stobnicen. decessit è vita mortali ad immortalem, et ibidem sepultus, cuius corpus ad praesens incorruptum et integrum conspicitur. mortuus anno et die ut supra.

1645
P. Valerian Gruszczynski moritur

Eodem anno die 7ma Augusti. Spectabilis ac devota Matrona Catharina Wodzinska vulgo Kunawina Civis Brzeziniensis Ordinis nostri Tertiaria summum mortis accepit, Pietate in Deum, insignis, cultu et religione in Sanctos celebris, pia conversatione et candida humanitate erga proximos decorata mulier, quae Viri sui morte, cum quo piissime semper vixit, vidua-relicta, copiosè et abundanter quoad substantiam temporalium rerum, provisa, nihil consultius et salubrius se facturam duxit, quam si se tota Christi servitio, dicaret, et ea quae sanguine iunctis gradus relictura erat, in Christi obsequium conservaret. Quare amore Christi incensa, nec mundi vanitatibus et cavitis illecebris renunciare decrevit, vilissimis, cilicinea veste induta, in domo propria, rerumiis, orationibus, observationibus, charitatis et pietatis operibus intenta. Deo servire coepit, sed cum à propinquis et amicis

Tertiaria Catharina Wodzinska moritur.

et amicis, in sua deuotione inquietarentur, cogitauit de loco solitario et ab amicis remoto, vbi quietius et cõmodius Deo famulari valeret; et quidem tentauit apud Monicles S. Benedicti Stanislaum et S. Claudium et alibi, se inter monicles recipi, sed vbiq; repulsam passa Celicus si (Vult pro Monicles sed repellit) 4000 fl. dotis offerebat) ~~prorsus~~ desperans de sua receptione inter Monicles, deliberauit de alio loco solitario et à strepitu mundanorum remoto, vt suo pio desiderio satisfaceret ~~&~~ trag. Dei misericordi, elegit ad Conuentui Ecclesiam manere et ibidem in quiete Deo famulari et saluti suae cõoperari: ~~&~~ idcõq; inuocauit Deum de licentia Patrum nrõrum (quos diuotos et directores suae conscientiae, et conuersationes tepper. elegit) in amplo horto et area, exaedificari sibi fecit domum propè Ecclesiam et Conuentum Frum nrõrum, et diuendidis suis possessionibus, partim distribuit ac ~~&~~ partim pauperibus et inopia laborantibus, partim Fratribus nris pro aedificando Conuentu, distribuit et dispensit, exigua parte pro sua paupere sustentatione, sibi relicta; (Poena distribuens pauperib. atq; sic valedicens mundi vanitatibus et carnis illecebris ad illam domunculam nouiter pro se exaedificatam, vt liberius Deo ibidem famulari posset, cum magno suo animi et spiritus bono, magnaq; incolarum Civitatis Chiet admiratione et aedificatione, se contulit, ~~et ibidem~~ Vbi à Fratribus Domata Sebitii Tertiarii arum S. Francisci, votum Castitatis perpetuae, Cui oem spem ascensus ad secundam mundi nuptiam, adquam alter nec natura, oper, amici, et mundus vocabat, sibi praescinderet) emittens, vitam caelibem seu potius coelestem duxit, tota se pretatis officiis tradens, Orationibus et obsecrationibus continuis, intenta, ciborum parsimoniae studebat, disciplinis, ciliciis et verumnis frequentibus corpus suum ~~continuè~~ edomabat: Castimoniam Deo per votum consecratam summe colebat, honestate morum et conuersatione sancta exornabatur, laeta semper facie fuit, sed spiritu feruens, mortificatione animi et corporis plena, in suis actionibus, moribus prouida, modesta et pudicissima, in aduersis patiens et humilis ac resignatissima: in (Castitatis votum)

vigiliis

Vigiliis, et meditationibus cælestium bonorum satis protractis feruida fuit. et potiss. meditatione Passionis Dominicæ et dolorum Christi iugiter delectabatur, et acerbos Christi dolores sæpiùs deflebat amarosè et amoroſe, cupiens eosdem dolores in se sentire, quos Christus in passione sua sustinuit: proinde in pœnitentiæ operibus sedula et devota: iniquitatem et offensam divinam et proximi, odio execrabili prosequebat. Corpus suum tenta asperitate tractabat, ut disciplinis crudelibus illud dilaceraret; humilitate et animi demissione, charitate in Deum et proximum fuit decorata, voluntariam paupertatem pro amore et imitatione Christi liberè amplexa est, cum enim esset filius unicus, ingressus fuisset Religionem et institutum Reformationis amplexus fuisset et professus. Cæter Antonius Wodginius ac) ex hinc nunc residua sua bona pro Conventus viri fabrica et alijs necessitatibus suis, elargita fuit, contenta pauperibus portionibus seu cibis è Conventu à fratribus missis, quos cum summa pietate et devotione parcè sumebat et habitum usq ad finem vitæ suæ contenta fuit: Cum multis virtutibus et pietate à Deo exornata et ditata fuisset, facta est exemplar et speculum virtutum et Christianæ pietatis, ut non immerito ab incolis Civitatis Brecen et plurimis aliis, Deo grata, hominibus amabilis habita fuerit: Et dum sic pietatis operibus intenta ferè per annos viginti in famulatu divino perseverasset, meruit diem mortis suæ prævidere quem etsi nulli nec quidem consororibus et cohabitatribus secum etiam ex devotis fœminis, forte humilitatis amorem, et devotionem propalasset, expresse, tacitè tamen et quasi sub enigmatibus satis propalare videbatur, nam adveniente solemnitate S. Mariæ Angelorum seu de Portiuncula, tota se tradiderat extraordinariæ mortificationi et devotioni, dixerat consororibus suis, cum lætitia et hilaritate animi festum S. Mariæ Angelorum se præstolari et expectare, ut indulgentiam magnam et plenariam S. Francisco à Christo concessam, lucrari posset: et sicut mori

lucrata

plenaria indulgentia capio. Et dissoluí à corpore: ~~et~~ ~~adueniente~~ perropinqua. autem die in
Petrinilla eiusdem Festi Portiuncule, quidam Prelatus (scilicet R.
Dnús Stanislaus Selpovic Prepositus Hospitalis et Officialis Brecen
amicus et Benefactor Ivm̃ mõnm et eiusdem pfate Matrone amicissi
mus fautor,) miserat ad pfatam Matronam, servum suum, qui nunciaret, quod
die crastina (inquit) ibi ē in festo S. Marie Angelorum in domuncula
eiusdem prandere vellet, cum aliis amicis suis, quo nuncio audito de
repente turbata paulisper, molestè se ferre tale nuncium, ostendit palam.
eo quod illa die sacra vellet eam sua presentia molestare et in devotione
prepedire, sed postquam se recollegit dixit ad cohabitanter secum, Cer
tè melius est mori et solui ab ista inquietudine amicorum, et sum ~~mgt~~
certa, quod Christus spe et intentione sua, nec mecum cras comedet
postea dixit confovoribus suis, hodie post vesperas primas, cum iam lu
crari possit plenaria indulgentia, volo et intendo confiteri et generaliter
absolui à peccatis totius vite mee plenarie, et consequenter lucrari in
dulgentiam plenariam, quia crastina die, non erit tempus pro me lucran
di eandem indulgentiam, proinde post Vesperas Vigilie, devotissime et cum
maxima pietate et contritione confessa fuit et plenarie absoluta ~~et~~ pec
catis suis, ~~et~~ absoluta ita statim penitentia salutari, et speciali sua devotio
ne completa, domum reuersa, dixit. O si moriar hodie quam felix essem.
et post pusillum adiecit. Si mihi mori contigerit, iterato precor et obte
stor, vt me sine tumba sepelitis: tandem cum aduenisset quietis et
dormitionis tempus; dixit ~~dixit~~ confovibus suis gubus vt Mater preferat,
Sum ingt diligentur indisposita in corpore, timeo ne forte vos contri
stem vel metum vobis inyeciam inspectata morte mea, quod vt iocose
dicta cohabitanter excepserunt, dixit quadam ex Sororibus, quid est quod
~~pulsor~~ solito plus loquitur Mater nra de morte sua. sed illa audiendo
hoc subticuit: tandem dimissis omnibus ad cubicula sua pro quiete somni,
sola in cubiculo suo quod erat hypocausto cõmuni adiacens, occlusit
se.

se, atq recollectioni, et meditationi pie se tradidit, mortificationi et diris cor-
poris sui flagellationi, incubuit, atq post deuotionem diu in multam usq ad
quieti se dedit et illa quiete somnum mortis accepit, nam mane inuenta ipsius obitui instat mor-
fuit exanimis et mortua, non sine maxima admiratione et fletu cos- tificationib
bitantium deuotarum mulierum, quæ et mortem eius deflebant ut pie
matrem, et timebant sibi, ne forte pestis contagiosa infecta tam subitanee
et inopinate intervirent (Grassabatur enim pro hac pestis in adiacen-
tibus quibusdam Villis et Oppidis) sed non solum pias et deuotas feminas
Verumetiam in cultas Ciuitatis illius et Fratres uiros, et populum extraneum
aduentantem pro deuotione Portiunculæ, morte sua subitanea, ob suspi-
cionem pestis, terruerat: de cuius decessu sic improuiso eum Primi-
rij Ciuitatis cognouissent, suspicanter ne forte peste infecta interiret ex
munere officij sui destinauerunt quosdam ex medio sui, uiros peritos
cum Syndycis, cum mandato ut inspicerent corpus eius, et consi-
derate notarent, si rerum aliqua signa pestis apparerent, qui cum peruc-
nissent ad corpus exanime, inspexerunt totum corpus et diligenter
considerauerunt, sed ne minimum signum pestis inuenerunt, nisi signa
sanguinolenta imo, et uulnera cruenta recentia, à dira disciplina et
flagellatione uespertina in scapulis et per totum dorsum, inflicta cum
summa sua afflictione et maximè admiratione, contemplati quod
Vehementer stupentes maxime quomodo talis matrona senio confecta
corpus suum fere iam mortuum, tanta macerationc et dira flagella-
tione, castigare potuerit, sine colligebant facile, quanta eius fuerit uirtus
et amor Dei. Et hæc continuo non solum primarios Ciuitatis, sed per totam
Ciuitatem lætis præconificatione, proclamauerunt, testificantes simul et asse-
curantes, quod non peste, sed magis amoris Dei ipsa acta, mortua fuerit;
Cum postea de, post absolutas exequias, missas et solitas mortuorum
solemnitates ac deuotiones, corpus eius in tumba contra eius expressam
uoluntatem, ad sepeliendum deferretur et super terram circa foueam
seu sepulchrum

seu sepulchrum de ferèiro deponeretur vt per funes in sepulchrum cum tumba deponeretur, continuo tumba erta cum corpore voluntarie in partem ~~vnam~~ conuersa, corpus in foueam defossam demisit, tumba ipsa super fossam remanente. Quod factum cum considerarent Frei nostri et dum. Voluntatem Dei eius, et maxime quod cadauer supinum et compositum in sepulchro reperissent, hinc demum recordati sunt pia eius voluntatis, quod sine tumba corpus suum sepelirj voluerit et petierit, pie existimantes talem eius voluntatem et humilitatis tantæ deuotionem Deo acceptam fuisse, et quod eo casu eius voluntatem approbare voluerit. Quare humo iniecta absq; tumba sepulta diem iudicij Magni Dei expectat, non sine maximo luctu et desiderio suo, amicorum, imò omnium nicolaitarum et Cruciu Cracouiæ Cracouiæ, qui eam piam, Deo charam et sanctam etiam nunc proclamant fuisse. Eiusdem ossa de Ecclesia S. Jacobi ad nouam Eccl. S. Annæ, translata fuerunt post 6. annos et ibi in sepulchro capellæ adiacentis minori choro, recondita sunt.

1646 P. Raphael Zaleski moritur

1646. die 8 Julij P. Pater Raphael Zaleski Confessarius è naufragio mortali, ad æternum transitum portum, qui ex observantina familia Provinciæ Poloniæ ad Reformationem perueniens, vocationis suæ et statûs adm zelatus, paupertatis amator et cultor strenuus exhibit: Vir erat sinceritatis et simplicitatis virtute decoratus, cæterum omnis, et conuersatio ne pia insignitus erat, atq; ob egregiam suæ animi dotem, de externitatem in agendis saepius in Reformatione Guardianatus officio functus fuit laudabiliter et exemplariter, tandem Guardianum agens in Conuentu Biecen paralisi debilitatus, ferè per 10 annos vixit et angustias suas in patientia multa pro peccatis suis Deo offerebat, ad extremum hydropticus, omnibus sacramentis pie refectus vivere desiit die et anno vt supra atq; in Ecclesia Conu Cruc. sepultura accepit.

1696. die 23 January Pr Gaspar Sha

P. Gaspar Shayynski moritur

Szyninski Canthur origine, molem carnis exuens, pium ad Deum emi-
sit spiritum in Conventu Leopolien ad S. Rocum, ubi Vicariatus officium
fungebatur: Erat vir egregiis moribus, qui in adolescentia sua Va-
cando studiis in Academia Cracovien, moribus pudicitiaq insignibus
erat, optimum profectum in studiis humanioribus fecerat, et prouentus spi-
ritus S. gratia, sub tectum Religionis S. Francisci inter Fratres Observ
seu Bernardinos deuote suscepit, et post probationis annum professus
Regulam S. Francisci. et max ab initio sue professionis et vocationis ad
Religionem, ingenuum se et optimi spei adolescentem, Religiosum bo-
num et zelosum pro observantia regularis observio manifestauit, nam seruen-
tissimo spiritu, omnibus exercitiis Religionis se applicuerat: simplicitatem
animi, humilitatem, deuotionem modestiam, ingressu, in verbis, in incessu
cum ceteris virtutibus, adamauit, ad ea humiliora et abiectiora obsequia
promptus, ad obedientiae actus, obsequentissimus, erat circa Ministeria Missae,
Chori. et officij diuini deuotissimus et prouidus, vt meritò etiam Pri-
marius Fratribus fuerit exemplis et gradu, et citò ad SS. Ordines subdia-
conatus et Diaconatus fuerit promotus, et in Caluarien Conventu collo-
catus, vbi suis deuotissimis exhortationibus Christi fideles, per viam Myste-
riorum Passionis Dominicae et Compassionis Virg. Deiparae dedu-
cendo ad deuotionem et pietatem erga Christum et Passionem eius deuo-
candam, mire fecundo pietatis exercitio efficaciter: suis tunc temporis fuit
cum enim esset amicus professionis suae et zelator observantiae Regu-
laris, proinde maximo desiderio teneri, puriorem et perfectionis obser-
uantiae genuinae Regulae. et Deum precabatur supplicitèr, vt sibi me-
dia ad assequendum animi sui desiderium tribui dignaretur: et post-
quam cognouisset, quod à suis superioribus ad Reformationem receptus esset, modo
licentiam à Pre Ministro Provinciali Observ peteret: sentiens verò
qualis.

quaſiter ab omnibus PP. vt poſſet Primarijs Obſ. amaretur, verecun
debatur illis propalare ſuum intentum et propoſitum, et petere licentiã
timuit reuerentiali affectu ductus: tandem ſciens quia virtus in arduis
poſita eſt, reſoluit animosè, et extraordinaria via (ſufficiebat enim
Publicè petere licentiam ad Reform. priuato licentiam petere) propoſitum ſuum et animi ſui deſiderium
in publico R.P. Mro et alijs PP. exponere, et ſic fecit reſoluto animo,
tempore enim communis refectionis dum ad menſam R.P. Mro aſſiſtens
erat: Patres, oēs et Fres adeſſent in Conuentu Caluarien, reſolutrie
vent ad cathedram locum et impetrata licentia dicendi, breui ſermone
sed feruenti, ſimiliter et reuerenter R.P. Mro et oēibus alijs latuby
ſupplicauit, vt ad animi ſui ſolatium, concederetur ſibi licentia tranſ-
rendi se ad inſtitutum Reformatorum: Impetrati oēs, cum nihil tale ſpe-
rarent. et quidem multi ſperebant, quod nimis dure confundi pro tanto
auſu deberet, quod publicè ſupplicaret et daret anſam Fribus, alijs ad
Obtinet ſimiliter faciendum: ſed Dei fauore factum fuit, quod P. Mro Prioris
conſiderans illius feruorem animi, et tam reſolutum animum, in ſuam
ſuam poſtulationem, publicè et palam dedit illi benedictionem pater-
nam, et largam licentiam tranſferendi se ad Reformationem, qua obtenta
lætus tranſiuit ad Reformam. vbi dum peruenisſet, eo cum maiori
feruore animi, creſcere cœpit in vita ſpirituali, atq; ex animo omnium
virtutum et exercitiorum actibus se applicauerat, vt poſſet ſimilitudis pfun-
diſſimè, semper enim ad obſequia viliora et obiectiora seu contem
ptibiliora ſtudioſè se ingerebat, pauperitatis altiſſimã, quam sic edna-
uerat, vt nullius rei, niſi eius quam extrema neceſsitatis, vſum et vtili-
tatem requirebat, sibi applicauerit, porrò pietatis ac deuotionis erga Deum
cultus in Virginem Deip' et Sanctos, affectu mirifice exornabi, mudeſſia
et mortificationis in ſenſibus tam internis quam externis amiciſſimus
erat, imò omnium virtutum fuerat viuum exemplar et forma
omnibus fratribus, ideò Sacro Presbiteratus Ordine cito inſignitus fuit

et

et studio Philosophico et Theologico, ubi adolescens optimæ spei
et acrior ingenij, consequenter bonæ expectationis, applicatus fuit. qui-
bus in studijs ex merito obedijt dedibus, eam diligentiam ad profectum
ut expectationi Patrum Reformi daret de se optimum testimonium adhi-
bebat, cathedrum ob egregium in studijs et ob praxim virtutum et no-
rum integritatem, Vicarius et Magister Novitiorum in Conventu Leop.
ad S. Rochum dum adhuc studiosum S. Theologiæ ageret, insignitus fuit,
quo in munere incredibile est, quomodo sanctis, pietatis sua luce
resplenduerit: sed non diu luxit hæc lucerna, citò obscurata fuit,
placuit enim Deo anima eius, propterea properavit educere eam de
medio iniquitatum, et ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne fi-
ctio deciperet animam illius, permisit enim divino in gravem et le-
thalem febrem maligna, incidit, qua cum correptus esset, ex nunc oes
suas res ut potè, scripta, globulos, precarios, disciplinam, (hæc
ipsius erant divitiæ) in unum congessit et Superiori loci, omnibus his
renunciando, resignavit: et protinus Confessarium suum admonuit ut
se, quantò diligentius posset, ad majores rictus seu impetus infirmita-
tum, dolorum, et pericula mortis, disponeret, spiritualibus armis contra
tentationes et insidias Diaboli se muniret, et ut eum examinaret in foro animæ
et pœnitentiæ ubi eum simplici et rudi rustico, eumq; sedulo examina-
ret de peccatis confitendis, monuit, cum inquit præ multitudine et magni-
tudine infirmitatum et dolorum, consequenter maximè debilitatis, non
possum meipsum plene recollegere et examinare: Qui tamen etiamsi
nullum infirmitate debilitatus recumberet, officium tamen divinum statis
temporibus, quam maximè poterat cum devotione et pietate persolvebat,
et ipso die mortis, ita Completorium dicendo, defecit, quia iam illud præ
debilitate persolvere non potuit: Sacramentis omnibus Ecclesiæ plene
ceptis, adhibitis fidei, spei, resignationis, contritionis, amoris divini animæ
suam resuscitabat spiritus, et potissimum verba hæc. Pauperrimè Jesu, misere
re

ne pauperis famuli sui frequenter ingeminare ore, audiebatur esse, quod verba et his similia usq ad ultimum halitum et egressum animae animo et ore proferre visus est, et in talibus suis suspiriis molem carnis exuens, piam et puram animam Deo creatori suo, reddidit, erudus quidem annis, (nam nec duxit ad etatis annum attigerat) sed meritis et pietatis operibus canus de hac vita decessit: secundum illud. Cani sunt sensus hominis et aetas senectutis, vita immaculata. Praeoccupatus morte interiit interiit non sine dolore totius Patrum et Fratrum, quorum summum amorem et expectationem desse maximam existimationem, pia sua conversatione cumulaverat. Corpus eius peccatis mortuum in communi sepulchro Fratrum Ecclesiae Leop. ad S. Rodum, vocem iucunditatis Dominicae et sanctissimam vitam expectat. Quidem Pater qui nimium mortem deplorauerat, admonitus in somni quiete fuit, ne mortem eius amplius deploraret, quandoquidem sigurdem animam eiusdem pie defuncti Patris, prius ad quietem in aethra, admissus fuit, et requiem aeternam obtinuit, quam corpus eius terrae mandatum erat.

1695 P. Christophorus Zatinski missionarius moritur

Eodem anno, Mense Decembri. Dilectus Deo et hominibus Pr Christophorus Zatinski, vegetiosus placidis moribus, et conversatione pia commendabilis: Missionarius Apostolicus et martyr Laudevio et bona voluntate, professus Clericus Cruciferorum Polonia Prov. in Regno Russiae, omni spe meliori et egregiae indolis et diuturnioris vitae denata, succubuit pulmonaris febris. Vir erat nobili familia natus; ab adolescentia sua militiae saeculari usq ad virilem aetatem deditus, pro fide Catholica propagenda erat semper zelosissimus, pro qua mulier existens, vitam et sanguinem profundere desiderabat. Militiae annis 18

per octodecim continuos annos sub signis Ducum Wisniouderorum militiam profitens, in castris habebat, et in multis congressibus et proliis cum variis hostibus fidei Christianae et Regni Poloniae, persistens et aliquoties captivus existens, multa eum pati necesse fuit, quod tamen ob Christi semper pius et timens Deum erat) patientissime tolera

bat

bat, et pro expiatione peccatorum suorum vnita Christi meritis Deo
offerrebat: Cum in multis periculosissimis bellorum motibus et con-
gressibus cum hoste sanguinolentis existeret ~~Deus~~ et Dei providentia
speciali sanus et incolumis usq ad 40 annum ætatis suæ seruaretur
huius labilis vitæ tædio affectus, pie intra se meditari cœpit, quod non
fuerit voluntas diuina, vt ipse militiæ mundi addictus, vitam suam
pro fide Catholica profunderet, sed potiùs vt reliquam vitam suam
Dei seruitio et militiæ Christi spirituali per ingressum Religionis
se consecraret, quare præhabitis speciali Dei gratia, resoluto animo
sæculi militiis, mundi vanitatibus et carnis voluptatibus ac illece- Linquit sæculum et fit Fr. Minor Reform
bris renuncians, Religionem S. Francisci in instituto Reformationis
nitè quadragesimæ maior ingressus et professus fuit et secundum no
men suum Christophorus erat, laudabilem se religiosum monstra-
uit, et vere Christophorum id est Christum ferentem exhibuit; Christum
enim perfectè portabat in carne sua, dum corpus suum, ieiuniis, abstinentijs
disciplinis et flagellis frequentatis et sanguinolentis, genuflexionibus
et cæteris macerationibus et exercitationibus corporeis, domare et
spiritui subycere, egregiè satagebat. Portabat in ore, dum meditatum
orationi et diuinis officijs et laudibus sumùa cum reuerentia et pietate
assistebat, piisq affectibus in Deum feruenter eleuabat: Portabat in
corde, cum eam iniquitatem et minimam offensam diuinam odio finali
prosequeretur, et dum per sacras meditationes, per pia desideria
et affectus et exercitia spiritualia, vt potè abnegatione propriæ volun-
tatis, superbi sensus et iudicij seu amoris sui, et in prompta obedientia
sese exercebat, et aduersa eius patienter et religiosissime ferre conten-
debat, dumq sic in præfatis piis affectibus erga Deum crescebat, et amore
Christi inflammabatur copiosius, eo ardentius corpus et animam per alijd

mortyrium

martyrium Deo consecrare optebat, et eo magis effectiue id efsec
pere manifestauit, dum quidam Fr Dominicus Germanus dicte Missio
narius Ord. nri et Reformationis Italicæ alumnus (de quo alibi in
Annalibus. fol. vide,) à Sede Apostolica et Romana ad Tarta-
riam Magnam Samarcand destinatus in Polonia regnum. Prouin
ciamq; istam ingressus, voluntate se illi Patri, de licentia Supe-
riorum suorum imo S. Congreg. Cardin in socium tam longi et
periculosi itineris adiunxit magno animo, desiderans pro fide
Christi ea occasione inter fideles exponere vitam suam et profundere
sanguinem, sed, Deus aliter disponente, bona voluntate martyrium
non martyrio voluntas defuit, nam Dei voluntate et dispositione
cum post multos exaltatos labores, difficultates maximas superatas
in Regnum Persidis cum sociis peruenisset, incidit in morbum et
febri maligna correptus fuit, dumq; supremum vitæ diem ob oculos
semper haberet, etiam proximum morbo inualescente adesse, sentiret
prius lachrymis Deo pro anima sua supplicans, munitus Sacramentis
Ecclesiæ cum morte comutauit et ibidem in Persida apud PP. Capu-
cinos honestam sepulturam nactus, ibidem expectabimus donec veniat
immutatio et classicum æternitati canatur.

Vergur in Tartar Magna Mss.

Morit in Persida et ibi in mutat

1647. d. 13. Decembris: R.V.P. Laurentius Ja- 1647
kubowski Diffinitor actualis Provin. Probitate vitæ insignis, sobrietate
animi magnus, constantia ac labore maximus, agendi consulendi
dexteritate valde gratus et utilis, morte invicta, funestam injicientem dex-
teram, letifero prævalente morbo, sublatus, é viuis. Vir erat nobi-
lissimis parentibus natus, et adolescens ex parentum morte, copiose
possessionibus, divitiis et omni affluentia mundana provisus, qui post stu-
dia humaniora tradita, in quibus propter ingeny sui solertiam maximu
profectum fecerat, à nobilissimis consanguineis et amicis, inductus fuit
vt sibi eiusdem nobilissimi Vivi pari conditione, filiam desponsari in
matrimoniu curaret: quare adolescens tractabilis, morum candore et elegantia
vitæ præditus, modestia et venerctione erga oes præcipuo propinquos
comendabilis, optimam sibi rem consuli putans, tantis persuasionibus
consanguineorum, et amicorum obtemperare cupiens, consensum præbuit
voluntati eorum: et ad desponsandam sibi illam Virginem nobilem, sclis
sumptuose, cum apparatu magno et comitatu splendido, vt decebat tantu
adolescentem, properauit, qui etsi benigne et hilariter, ab illmis pa-
rentibus illis virginis susceptus fuisset, nec tamen instantiæ eius et
desiderio delatum fuit, nec filia in sponsam (ob iustas et certas causas)
illi denegata fuit. quare defraudatus spe sua et desiderio suo vo-
luntatis, deperditog, inaniter multo sumptu Cochingentis millibus fere conflen-
te) in gratiam illius puellæ sibi desponsandæ facto, pie existimans non-
fuisse voluntatem Dei vt sibi desponsaretur. illa virgo nunc opposuit in ani-
mo, nunquam tentandi alias desponsationes vel nuptias, sed de alio statu
cogitauit. Dixit intevim in corde suo cum Salomone (Eccl. 2) Vadam et af-
fluam delicijs et fruar (mundi) bonis, Et sic convertit se in luxum mundi
suum et delicias, quotidianis recreationibus, conuiuiis, comessationibus, potationibus
ebrietatibus continuis. et illecebris sæculi vna cum suis commilitonibus se
totum tradiderat, et nihil quod mundus desideret, negare sibi visus est.

nec

P. Laurentius Jakubowski moritur

Desponsing

Vult matri monii inire

Amplexatur fidem

Angustiatur

nec prohibuit cor suum, quin voluptati cuiq; et oblectamentis carnis
frueretur ut breui tempore ex multa parte suam substantiam cum illo
Euangelico prodigo filio, consumeret, hinc demum pulsus diuino mysti-
co, agnouit cum Salomone, in mundi oblectamentis omnibus, nihil esse
nisi vanitatem mundi et superbiam vitæ et afflictionem animi, propte-
rea hæc oia intra se recolligens, constituerat in corde, quod dimissis ce-
teris quæ superuerant possessionibus, et pompis mundi, carnisq; illecebris
seu voluptatibus abrenunciatis, pœnitentiæ operibus se tradere, et Deo
vitam suam vlteriorem ac maturiorem in Religione deuouere, decreuit,
quod vt efficacius se facere monstraret, accessit supplex et contritus
ad Patres Obseruj seu Bernardinos Cracouiæ Conuentus S. Bernardi-
ni, supplicater petens cum instantia vt se vti prodigum filium (Cra-
couiæ enim baccabatur) in gremium paternum et suum consortium
susciperent ad religionis suæ institutum et stola noua Sabitur religi-
osi indutum Deo reconciliarent et consecrarent! Susceptus, indutus
habitu S. Religionis, probatur in spiritu et professus est regulam S. Fran-
cisci et apparuit liquido, quod non leuitate vel desperatione, vel aliquo
humano respectu ductus, Religioni se tradiderat, nec ex animo feruido
pœnitentiæ actibus et omnibus Religionis exercitiis tam internis quam
externis mortificationibus se totaliter applicuerat ab initio ingressus sui,
vt breui in bonum seruum Dei, zelosum et exemplarem religiosum
euaserit, et qui fuit mundo per suos luxus male olens, scandalo;
factus religiosus, conuersatione sua bona, vitæ exemplari et religiosæ
factus fuit odor bonus Christi ad ædificationem mundi! Post profes-
sionem studiis applicatus, optimam operam in iisdem tractandis navaui-
uit, egregius absolutus, bonus Philosophus, et insignis Theologus exhibuit.
Et quia fuit semper zelosus pro obseruantia regulæ et amicissimus paupertatis
atissimæ, desiderio perfectioris obseruantiæ accensus, de licentia superiorum
elegerat sibi Conuentum Cracouiæ in quo pro hac obseruantia regulari

Tandi
pro Professi
apud Obs.

sub nõe

sub nos Recollectorum vigebat, ubi sub regimine R.P. Alexandri Sywierski
et postea R. Bonaventuræ Zgierzanowski Guardianorum eiusdem Conu
ventus observia Regulari rebusomnia, cum delectione animæ suæ, manst,
sed postea illud institutum Recollectanis destructum fuisset, et Re
formatio introducta fuisset in Regnum Poloniæ, et pfatus P. migrauit
purioris suæ Regulæ observantia zelo quotidie inflamaretur, et ad ma
iora perfectionis incrementa aspiraret, ut liberius et plenius Dei
servitio et suæ obligationi seu professioni vacaret et perfectioni in- Transit
cumberet, Reformatorum ordinem amplecti summe exoptauit. ad Reform.
quare cum desiderio suo satisfactum est, Reformationi adscriptus fuisset,
perseuerauit in ea, in assiduo exercitio virtutum, feruidus emn erat
et ingenti amore Dei plene effluans, ideo cum mro feruore se in ora
tione, abstinentia, austeritate et pœnitentiæ operibus exercuit. Pauper
tatis seruantissimus obseruantissimus fuit et summe delectabatur, ipsa eius in Reform, vt pote in
victu, vestitu, pauperrima suppellectili ex: Dum esset in deliberationis
anno, maneret Cracouiæ ad S. Casimirum, multum delectabi de abs
simæ paupertatis cultu, et vel maxime pauperrimo victu, quod multo
tier absq carnibus, dum licebat eas comedere, fris leguminis solis in
prandio et cena absq ulla remixtura cane, contenti erant, et accidit
quod in solemnitate Natalis Christi incidente in feriam tertiam, cum
essent fres carnibus ad mensam, eo quod non fuerant sporte oblate,
neq etiam eas mendicare solebant; consequenter piscibus ex vigilia pe
manentibus vesci fres debuerant, quod cum ille vidisset, admirabat
super tanto cultu paupertatis sanctissimæ magnopere confudabatur in ani
mo, et præ gaudio animæ eius ita ligustere capit, vt lachrymas
continere non posset, sed gaudens Deum laudabat, quod se faceret
tantæ paupertatis participem. Et amore paupertatis nihil vnquam
tale admittebat, quod repugnaret paupertati: et in cella nihil labore

quod obi

videbatur, nisi quod necessitas vel vtilitas vera requirebat, curiosis, pretiosis ac superfluis nunqm se applicauit, imo penuria in victu, vestitu et alteris necessitatibus. Dum sanus esset plurimum delectabi: Sincere mentis et ab omni specie mali alienus semper fuit, in promouendo bono cõmuni Reformacionis peculiaris zelator. Bonorum ingeniorum promotor, Veritatis et iustitiae zelator, pro illa multum pati, gloriosum putauit! in negotiis feliciter pera-
gendis, prudentissimus! in contemnendis fruitur seculi vanitatibus ma-
Silet de gnanimus fuit, Nunquam prioris vitae suae secularis recordabatur
sua Nobilitate ac Gradibus nisi forte cum ab Illmis propinquis, consanguineis et amicis suis (vt potè
ab Illmo R. Ligeza Magno Thesaurio Regni, qui eius sororem vxorem duxerat: ab Illmis Ossolinscis vtr. Georgio Cancellario Regni, et altero Christophoro Palatino Sedomirien. et Maximiano Thesaurio Aulae Regiae consanguineis suis, ab Illmo D. R. Tarlo Castellano Woynicen. et Illmo D. Duce Koregui qui eius neptem in matrimonium duxerant et alijs quamplurimis nobilibus cadius suis, qui eundem Prem maximè colebant et amabant) qui forte exilarabi, re creationis ergo, aliquando eidem in memoriam reuocabant dier adolescentiae suae, quid cum audiret, tunc semper cum timore et tremore se audire sermones taler demonstrabat, et quid doleret et copiosè defleret priscinae suae conuersationis miseriam palam ostendebat. ex cuius tandem exemplari et religiosa vita et pia conuersatione, multum aedificabantur!

Erudition et scientia nisi nitebatur, discretione maxima clarus, iudicio prudentissimus, consilio maturus, ad grauis negotia, andua vir apprimè aptus et omnibus numeris absolutissimus: in scribendis litteris, [illegible] alijs referiphendus seu expeditionibus, siue Romam, siue ad Illmos quos sapientissimus, prudentissimus et acutissimus fuit, et in hoc passu alius sui similis illi non reperiebatur in Prouincia.

sed

Sed et morum elegantia, conuersatione exemplari, et vitæ pia, acte
zelo observantiæ Strictæ commendatissimus fuit: quare ob egregias ani-
mi sui dotes sæpe Guardianatus officio, Definitoriatus et Commissio-
natus munere, præclare et laudabiliter functus fuerat. Definitor
existens in dandis sententiis vel consiliis æquissimus et prudentissi-
mus, zelosissimus et circumspectus (ab eam causam ehiensis Diffi-
nitorem actualem non egebat, frequenter tamen circa arduæ ad Diffi-
nitorium vocabit). Guardianum agens (quod officium inuitus fere susce-
perat vt vulgo dicitur, non tam libenter quam reuerenter, illud
administrare videbatur), singulari prudentia et charitate, cunctorum
subditorum necessitatibus summa cum diligentia occurrebat, pietate et
misericordia erga delinquentes commotebat, pœnitentes benigne corri-
gebat sed et contentiosos, malitiosos, scandalosos zelose tamen discre-
tione tamen, sibi mensuram excessus, arguebat, et castigabat.
Infirmis et ægrotis fratribus sumè compatiebat, vt frequenter eosdem
præsentialiter visitaret consolaretur, et ad patientiæ actus verbis dul-
cissimis hortaretur, omnibus pretiis offeris et necessitatibus, tam spi-
ritualibus quam corporalibus, cum alacritate subuenire curabat, et
ex charitate maxima, optabat ad se summo Conuentum mitti ocu-
tos, infirmos, debiles, senes, quotquot in tota Prouincia inuenire potuis-
sent, cupiens ex animo omnibus copiose cum charitate subministra-
re omnia necessaria et personaliter si opus fuisset, tali necessitate re-
quisiuisset, ministrare. Et de facto ministrabat cum infirmorum sol-
lecitudine et consolatione, quascunq necessitates, quo in genere virtutis, præ-
fatus et charitatis, insigne exemplar Superioribus omnibus præbuisse
et prælucisse videbatur.
Zelosissimus exhiberet promotor Reformationis et Strictæ observantiæ Pergit
cuius gratia Romam cum P. Bonauentura Diegamullio, vt obstaret Romæ
Vnioni, iuerat, et inde reuersus in Poloniam fortiter resistebat Vnionem

suis

Ex Definit.

Ex infirmor. summa Cha ritate

suis instantiis, et rationibus validis opponebat se contra S. Comissa-
rium facere volentem Vnionem Reformatorum cum Observ., sed cum
non posset ~~potuerit~~ respirare, nec in negotiis Reformi cum aliis Romanis ob
~~[illegible]~~ debilitatem sanitatis ~~iterato~~ ire, in Guardianatu Premisliens subsistens
nūs Frēs Reformatos in Conventibus Polonie, remanenter, tum per
Frēs, tum ~~[illegible]~~ praesentialiter consolabū, et confortabat corda eorum et
animos erigebat ut starēt fortiter pro Reformatione retinenda mul-
tumq suis instantiis et persuasionibus, animabat Frēs ad sperandum
quod Deus consolaturus esset afflictos et sperantes in se, et Reformā-
nem gloriosius excitaturus esset denuo cum consolatione aluminorum
et propugnatione inimicorum eius. Ex discursu eiusdem Latine composito
sub questione, An in Polonia Reformatio cum Observa conuiuere et li-
cite Vniri possit (quem vide in Annalibus nūs fol. 330 et archiuio, Quid
Solus Fr. tpe Vnionis quatis fuerit doctrina et zelus pro Reformatione, constat liquido. Idem
fuit author protestationis Frūm Reformi contra Vnionem vide ibidem
f. 442: Ipse nomina Frūm subscribentium se p Reformatione notauit
et Romam misit, vide f. 443., vnde manifestum est, quantam sua industria
sagacitate et labore seu cura profuerit tunc ad Reformi denuo stabi-
liendam, et maledictam Vnionem dissoluendam, vide Catalogum Frum
Reformi eo authore consentium f. 303.

Tribulationes et aduersitates ei non defuēre, neq enim virtuti tinea
deest, fuit namq multotiens à discolis et falsis Fratribus plurimum di-
uexatus et grauatus passus, ab aliis enim in minimis suis defectibus, notabatur,
Patrū et falso accusabatur coram maioribus Superioribus, ab aliis illudebatur
ignominiose, calumniabatur malitiose, aliquando dum quendam Frem Laicum
et quidem in religione iuuenem de defectu paterne corrigeret, ille negm
contra eundem Patrem suum, verbis satis iniuriosis et summe calumni-
osis, imo pugnis manibus insurrexerat impetuose, ecclesie tamen omnia
mili et pacifico animo, non sine multa edificatione Fratrum sustinere
agnoscebatur, de nulla vindicta cogitauit nec aliquando istare voluit,

Cgmus

(quamuis esset natura maximus choleticus et passionatus, ipse palam
humiliter fatebatur, quod in vincenda dolore vel comprimendis moti-
bus iræ et vindictæ, multum laborare debebat semper, sed tamen se
victo, vincebat omia. contentus aliquando ea obiurgatione Deus hbi par-
cat: Exel dignus (ut pote in maximis suis excessibus) sublatis in cæ-
lum humeris et oculis, dicere solitus erat. Justè pro peccatis sic patior
et ea hbi offero Deus meus; proinde ad ignoscendum fuit semper promptus
et facilis, alta memoria retinere videbatur illud. Iniuriar remittere
et inimicis parcere, apud esse excellentioris patientiæ ac maximi meriti
coram Deum. Patientia eius exhibit etiam in perferendis laboribus et
fatigationibus, maximè circa peregrinationes et itinerationes ex obedien-
tiæ merito factas et prolixas, et præsertim scitis prolixam pere-
grinationem sustinuit associatus P. Bonaventura Zyierzanouio ex manda-
to Rdmi Gnalis totius Ord. nri, in deferendis litteris sermo Regi
Vladislao IIII usq; Smolensum in Lithuaniam, inde reuersus cum eode
Patre Romam ad prouinciam eiusdem Rdmi, sine pera, sine prouisione
peruexerat, in nomine Dni prædestini profectione, sustinendo iterum via-
rum asperitatem et multiplicem incommoditatem, sitis, caloris, et frus. frig.
goris, defatigationis, quæ oia amore Dei miti et humili corde (etiamsi
non esset assuetus talibus peregrinationibus et esset complexionis deli-
catæ) in patientia tolerabat; regressus Roma in Poloniam pluri-
mum fatigatus, debilitatus, virtutes corporis in tantum fractæ fuit
vt ob debilitatem in peregrinatione sua contractam, nunquam integrè
roborari in corporis viribus potuerit ad prædictam profectionem,
sed quando necessitas itinerandi adfuit, cum summa quidem molestia, cumu
vti debuit; Tandem senio confectus, laboribus attritus, vt purgatus
et probatus in hac vita, ad quietem et requiem æternam felix concesse-
ret, multis validisq; ægritudinibus fuit sæpius exagitatus; et maxime
paralizi tactus per medium (scilicet per latus dextrum, ita vt nec

Laborans. & Refrenans frangen. cuibq

manum nec pedem movere vel levare sua virtute posset, et sic per aliquot menses lecto affixus decubuit, nec tamen diuturnitate morbi animo et corde frangebatur, imò constantissime e humiliter suam infirmitatem ferre ac sustinere videbatur, et quia sepius impatientia impetebatur, propterea ees Frēs ad se visitandum venienter supplex petebat. ut pro ipso orarent et patientiam sibi impetrarent, qā inquiebat, timeo ne impatientia mea Deum offendam, et quia sensus rationis, et capitis sedi et loquella integros habebat, sepe sacramentis Penitentiæ, Eucharistiæ reficiebat animam suam, affectuq piis et devotis, et iacu latoribus orationibus in Deum se levabat, ac memoria Dnicæ Passionis plurimum se recreabat, et cum se intimatē grauī infirmitate debilitari sentiret, previa Confessione, acceptaq generali peccatorum suorum absolutione, cæterisq sacramentis susceptis, actus virtutum fidei ~~et~~ ordinatum elicuit coram suo Confessario, animando se contra ictum mortis et tentationum Diabolicarum, cum protestatione, quòd nullis tentationibus cedere, auxilio Dei, vellet, sed in sola Dei bonitate et meritis Passionis Christi confideret, ac et post premissam deprecationem, defectum et erratorum suorum, orationibus se animando suæ exitum, Fratribus sensibus integris existens, comendavit, his omnibus devote expletis ac Fratribus orantibus, meritis bonorum operum cumulatus, prè et placide quievit, maximo desiderio suis multis relicto, ex hac miserabili vita migravit ad Christum: In cuius in Cano S. Casimiri dicato Ecclesia Canonicorum in communi Fratrum sarcophago sepultus, cum magno concursu religiosorum et fidelium utriusq sexus. anni et die ut sup.

Pie monia

1648. die octava Octobris Fr Ignatius Solecen Gaztor Laicus, crudeliter à schismaticis Cosacis occisus occubuit, qui hoc anno Regno Poloniæ rebellauerant, associatisq sibi Tartaris, duce Theodato Chmielnicio, deleto dissipatoq exercitu Polonico, captisq Ducibus, eam Russiæ Regionem ferro et igne (mortuo p tunc Vladislao 4. Rege Poloniæ) crudeliter vastabant, neminiq qui esset gentis Polonæ aut Romanæ Eccliæ cultor, parcebant: dum igitur Leopolim vsq (quæ è Metropolis Russiæ) penetrassent, Ciuitatemq obsidione cinxissent, mum Conuentum vt potè in Suburbio sine vllo præsidio relictum, inuaserunt, supellectilem Ecclesiæ præcipuè Monstrantiam et calices, etc diripuerunt, ptatum Frem offendenter iaculo bombardæ appetitum, interfecerunt: Erat ille Frater humillimus, prientissimus ac sue vocationis regulæ supremum obseruantissimus, et in suo offo, maxima cum charitate Fratribus satisfacere volens; Post duodecim verò ingressus sui annos, paralizi tactus ac in dextro latere debilitatus, dextræ manus simul et loquelæ amiserat vsum, mutusq fuerat factus, cæterum p alia membra sanus et rationis compos, fermè per 5 annos supuixit, quo toto tpe frequenter per signa et nutus sacramtum confitebri et Eucharistiam S. suscipiebat sæpius piis suspiriis et affectibus ad Deum se elevabat, cordis et nutibus etiam externis deuotè Deum laudabat. (dum sanus fuerat in oratione extasim et raptum patiebri): Imminentibus demum periculis et Cosacis ac schismaticis irruentibus, cum cæteri Fres in Ciuitatem securitatis causa se recipierent, inuenter eidem vt secum aufugeret è Conuentu, renuit, sed signis et nutibus ostendebat desiderare se occidi p fide Catholica; quodq desiderauit feliciter obtinuit: Excurrenter post modum Fres ex Ciuitate Sarentibus adhuc circa Ciuitatem Sotibus, eundem in Sorte Conu occisum et denudatum inuenerunt, debitaq sepultura in cmuni Frum sepultro (combusta iam Eccla) diis Fribus demeruis, apposuerunt. anno vt sup

1649.
F. Christinus Laicus morit.

1649 d. 25 Januarij. Fr Christinus Bernatowic Laicus Sartor, in Ciuitate Leop. tpe obsidionis vt sup moram trahens, ob mul-
ter incommoditer, quar Frer nrōs in coi Ciuium angustia, pati ne-
cesse erat, morbo graui prāuentus, munitus Sacramentis placide obdor-
miuit et sepultus apud PP. Obserū in Eccl. S. Andreæ Apostoli Con-
uentus Leop.: Erat Fr simplicissimus, mxag charitate erga Frer infir-
mos flagrabat, quibus semp cum mxa diligentia et affectu pio inser-
uiebat: Vtq cum maiori satisfactione infimis inseruire pt, in sim-
plicitate animi, putans se obsequium prestare Deo et religioni di-
miserat habitum eo animo, vt in seculari habitu pt addiscere Sy-
rurgiam, et applicauerat se huic arti perdiscendæ in seculo apud
chyrurgum, acquisitaq aliquali notitia et exercitio, reuersus fuit ad
religionem, culpam suam recognouit et pœnitentiam postulauit.
ac grato animo expedit: Reliquū autem tpe se bonum religiosum ex
hibens, non multum e vita excessit, anno, die vt sup.

F. Cherubinus Sartor morit.

Hoc eodem anno die 25 Feb. Fr Cherubinus Gasspho-
wic Thec Laicus Sartor, qui magno spūs feruore prosequebat, arden-
tis charitate erga Deum et proximos affluebat, in oratione deuotus, in vita
austerus, humilitate præditus et corpus mortificandi addictissimus fuit.
iejuniis, vigiliis, disciplinis carnem suam rebellem spūi subyciebat, sensus
exteriores et motus animi compescebat, mites item, et compositus in mo-
ribus fuit atq ad hoc obsequium Religi dexter et agilis, sine offa Sar-
toriæ. Canapæ, Janitoris, Coquinarij, guardiarij et aliorum vilio-
rum ad nutum Superioris, charitatiue ministrabat, cum satisfactione
illorum et complacentia Superiorum: Hic igit Frater Deo et suis ut ama-
bilis, cum tpe obsessæ Ciuitatis Leop. vt sup in Ciuitate in eadem
incommoditer etc. vt sup incidit in morbum et breui consumptus vitæ
extremum præmissis muniis Eccl. S. clausit. et apud PP. Obser. tum dele-
ultimum Judicis diem expectat. anno et die vt sup.

1648.
Fr Clemens Clericus morit.

1648. Eodem anno d. 30 July Fr Clemens Tarkowic Crosnen. Clericus
professus, adolescens ingenuus et bonæ indolis, qui inuenis in Acad. Crac. studio
sum-

sum Reßoricer agens, prævientur Dei gratia, cœpit teneri desiderio
seruiendi Deo in Religione, ideò pétit susceptionem apud nos Fa-
trer. Reformj susceptus, profitetur et subdem se obtendit ad oia exer-
citia religiosa, in quibus cum maximo feruore se exercere cœpit et
facile cum virtutum, vt potè humilitatis, obedientiæ, orationis,
modestiæ, patientiæ, mortificatis sensuum, et omnis compositionis reli-
giosæ, imaginem et formam expressit in se per praxim
visus est; et proinde, bonam expectationem de se in futurum
omnibus Fratribus fecit: Incidit sic 20o anno professionis suæ in-
morbum et febrim malignam et in pestilentem ventris in Conu Za-
kliciaen, cumq in illo Conu non poterant Frei mederi infirmi
ter eius, duobus Cræ 20 medicos, quorum consiliis et medicinis
cœperat leuari 20 infirmitate, séd iterum incidit in eadus in ma-
iorem febrim, quam patientissime et resignatissime ferre apparuit,
et cumq ingrauesceret morbus, petiit suppliex se muniri Sacramen-
tis, quibus deuote susceptis, deficere et agonizare cœpit, et orantibus Nota
FF. in agonia positus, cœpit pauere, tædere, timere, tremere, vultu
pallere et partim nigrescere, oculos contorquere, faciem nunc 20 dex
tram, nunc 20 sinistram conuertere. (forte et imbundi magni
judicis, accusabatur, judicabatur, et rationem vitæ rédebat, vel
forte ex aspectu horris infernalis horrere et pallere crédebatur)
et quidem terribilis visu erat tanta eius immutatio. Fratribus assan-
tibus, quibus incessanter orantibus et eidem nomen Jesus et Ma-
riá insuspirantibus, apparuit mutatus in melius, faciesq eius facta
fuit, rubicunda, iucunda, lœta, et videbatur parum subridens cuiun
dè, quo facto continuo expirauit pacifice, ætatis suæ anno 20
Religs 2 sepultus Cræ in Ecclesia S. Casimiri, ibidem extremam
expectat tubam. A.

92

1649
R. P. Bonav. Dzierzanowski moritur

1649. d. 6 Septemb. R. Pater Bonaventura Dzierzanowski Provinciæ Pater meritissimus, nobilitate generis religione, optimis moribus, eruditione, et pietate insignis ~~Pater Sac~~ his miseriarum valle, ad amæna cœlestium gaudiorum palatia, transmigravit. cuius vitæ seriem breuiter notatam vide in Annalibus nris.

R.P. Cypriani Gordecij moritur

Eodem anno, 11 Novemb. R. Pater Cyprianus Gordecki Provinciæ nræ Pater dignissimus, Reformationis nræ promotor et propugnator acerrimus, excessit è viuis, plenior meritorum quam dierum. Cuius meritorum seriem vide in Ann. Prov.

F. Eliæ Solecen. moritur

Eodem anno, 9 Novemb. Fr Elias Solecen. Laicus obdormiuit in Dno in Conuentu Cracouien. Vir erat adm. simplex et deuotæ pauperatis, obedientiæ et humilitatis amantissimus et conuersatione opima et exemplari. Peregre aliquando constitutus cum F. N. Laico descenderat ad quendam nobilem Benefactorem, pro refectione sua, ubi reperit quendam nobilem Sarebicum, qui ex innata sua malitia eosdem Fratres simplicer culpauit, de tantis eorum (vti dicebat) minus necessariis suis mortificationibus, et multa alia cauillando et detrahendo eorum vitam dixerat, quæ Fres simplicer audienter, ~~cum~~ ipsius obrecta Eti inutilia silentio soluebant, nec quicquam respondebant, sed cum instaret ut diçd responderent, dixit ipsatur Frater Elias vbi senior, Nos sumus Fres simplices et illiterati, et simpliciter et humiliter vbi peccatorum vestrorum obroxii pœnitentiam agimus, et in satisfactionem pro peccatis nris Deo nostro; nrisq; cœr mortificationes unitas Christi Passionibus, offerimus, adiecit ille Sarebicus! Vestræ mortificationes et pœnitentiæ actus sunt minus necessariæ et inutiles, cum iniuria satisfactionum Christi. respondit ad hæc ipsatur Fr, ob simplicitatem nram non possumus quidqm respondere, nisi quæ communiter à Polonis dr: Ciasna, droga, do nieba, a Bar pieklа. Lys ubi et quo vadis Spurat

Zła droga sie nietrzeba. scilicet. Lata hæc via quæ ducit ad infernum strieta quæ ducit ad cœlum, quo audito ille Sarebicus percussus illis verbis contricuit et obstupuit, dixitq; Vere hisce verbis vicissime et

convinxis

vicis

confirmxisset: et vulgò sparg̃ebatur, quòd ille nobilis hæreticus, exemplis bonis, et textis verbis Scr̃æ simplicium cõmutatur, scilicet de mutatione vitæ cogitauit, et breui publicè hæresim abiurauit. Catholicam fidem profitens, pie vixit. (Nota et vide quantum valeat simpliciter et bonum exemplum suum nõnum) Præfatur igr Fr mortuo debitis ritibus, et sacramentis munitus pie obdormiuit in Dño, anno et die vt supra.

Eodem anno. Die 5 Idus Fr Joannes Premislien Laicus Professione, piur, humilis et puritatis amator religionis, patiens et resignatissimus in multis suis variis infirmitatibus, quibus sæpius abundabat, post deuotam Sacramentorum susceptionem, cursum vitæ suæ feliciter peregit, tumulatus in Conu Premislien anno et die vt sup

F Joes Premislien morith

1630, 27 Decembris. D. Pater Franciscus Petronelly Vicarius Conventus Vielicen. Vir honestus, sincerus, simplex, nemini molestus, omnibus gratus, non sine dolore Fratrum, morte piorum ex hac vita decessit. in Conu Cracovien. Vide in Anni Prè vitæ eius seriem ad annum præsentem.

1630
P. Franciscus Petronellus moritur

Eodem anno 27 January. Frater Nicolaus Dzierzenig Laicus, religione et pietate erga Deum et proximum, decoratus, vt potè erga Sacerdotes, quos semper summa veneratione colebat: Sacrificio Missæ reuerenter et libenter ministrabat. Humilis in aduersis, patiens in infirmitatibus quibus sæpius abundabat, charitate erga Fres infirmos feruens, humilis et promptus ad obsequia culinæ, canapæ et quidq; aliorum, et propterea Fratribus multum amabilis. et deo carus. Decessit de hac vita meritis, ad immortalem sempiternam, in Conu Cra, præmissis Christiani hominis muniis, receptis, Sanctæ Ecclesiæ sacramentis, hac die migrauit et ibidem sepultus est.

F Nicolaus Laicus moritur

Eodem anno 5 Mai. Fr Joannes Miepolomicen Laicus. piur erga Deum, erga Fres simplex et charitatiuus, qui manens in Conu Sztecen, charitate erga Fres ductus obtinuit licentiam a superiore vt piscatum iret, sed incautus cum cecidisset in altum fluuij Distulæ, cooperet aquis obrui, et cum non esset qui eum adiuuaret, submersus fuit aquis. et in eodem Conu sepultus.

F Joes Miepolomicen Laicus moritur

1631

1631. 9. Aprilis. Vndus Cater Adrianus Andre-

S. Adrianus Andreien morit.

anien Diarius Conuentus Brecen, vir certè pius et religione insignis moribus et conuersatione pia ornatus et perfectione vitæ conspicuus, suæ mortalis vitæ cursum compleuit. qui cum in adolescentia sua inter FF. Observantes Prou Poloniæ professionem emisisset, plures annos in observa religiose et laudabiliter perfecisset, cupiens, nihilominus altiorem et securiorem perfectionis viam tenere, hanserat ad Reformatum institutum

Transit ad Reform

1641. vt inibi regulæ candorem feliciùs obseruare et cõmodiùs perfectioni studere, posset: nec eum spes fefellit, nam veniens ad Ref. orationi et meditationi ~~ex integro~~ se dederat, sollitudinis, silentii, Chori et Cellæ amantissimus, asperitatis vitæ et mortificatæ sensuum, tàm internorum qm externorum emendatissimus, paupertatis altissima discipulus, quam sic adamauit vt penitus nihil vnquam haberet, nisi id cuius vsum extrema necessitas vel vtilitas requireret, in cella nihil vnquam hoc vitæ tempore retinere visus est, præter Breuiarium, in cassibus libellum et in spiritualibus alterum, et Cruciam papiraceam. Munditiæ etiam exteriori tem in cella, quam in habitu et in exteriori hac gaudebat, qui et dicere solebat, Munditiem exteriorem, esse signum munditiei interioris. Solo habitu simplici, tunica nonnunquam et vero (nisi forsan temporibus frigidissimis, vel in itinere constitutus) vtebatur, preciosa, curiosa, superflua, oderat: Puritate cordis delectabatur, oẽmq offensam Dei et proximi, abominabatur, et quasi quotidie contrito corde confitebatur Sacramentaliter. Et Sacrificium Missæ summa cum pietate et veneratione singulis diebus celebrabat: Diuinam præsentiam ~~cum se~~ reuolubet semper, Verba otiosa, curiosa, leuia multòmagis pernitiosa magnopere abhorrebat: Obedientiæ promptissimus obseruatissimus cultor nihil prorsus vnquam habere, vel facere prætendebat, nisi de expressa licentia et benedictione Superiorum: Mitis, mansuetus erat et humilis

mitis

nibus et ppterea omnis Superioritatis gradum acceptare recusabat semp
humiliter et reverenter: Fuit aliquando ex Congreg. annuchi institu
tus Guardianus Casimirien Conventus, quod munus ex obedientia
merito cum suscipere vel invitus debuisset, illud tamen ad primum
adventum R. Ministri Provin. humiliter et cum lachrimis, resignavit
Similiter fecit cum iterum electus esset in Guardianum Conventus Cruc. resignat officium
stum illud officium resignavit, et voluntarie deposuit, magis eligens
subesse quam praeesse. Charitate eximia pollebat, tam in proxi
mos ex diligens in Deo absq omni delectu, tum vel maxime in Deu
quem toto pectore et ore, amabat, laudabat et benedicebat: Circa
Passionem Dnican et dolorem Christi pro nobis passi, devotissimus, et
assiduus semper in meditatione dolorum acerbissimum Christi occupabat
et delectabatur, ex quorum affectu, efficaciter macerabat corporis
sui, ieiunio, abstinentia, vigiliis, disciplinis, et poenitentiae operibus a
morose semper utebatur. Quatuor novissimorum hominis Meditationi
frequenter et sedulo incumbebat et felicem exitum animae, de hac vita
praesentis miseria quam citissimum, ut pericula peccatorum evaderet,
Deo Viri, ac beatae beatitudine et requie aeterna cito potiri posset
crebrius deprecabatur, sed potissimum ante ultimam suam infirmi
tatem, continuo exercitio orationis et mortificationis corporis et praepa
rationi pro felici decessu suo quasi praeteriit finis suae vitae instantis) in
stitere visus est, et nihil fere per totam quadragesimam antecedentem Diligenti
mortis suae agonem, agere, tractare, legere, dicere videbat, nisi de mor se para
tis instantia et praeparatione ad felicem exitum: Cum Fratres vidissent ad morte
eum continuo librum de Arte bene morendi legentem et de morte
tractantem frequenter, eum interrogare non neglexerunt, quare tam
extraordinarie frequentius et liberius solito de morte tractaret et
et ingeniter confabularetur: respondit (praesago verbo) quia brevi sum
moriturus

morituras, ideo (inquit) debeo me continue et devote occupare circa
preparationem ad exitum eius, vt pericula eius prudere et con-
tra illa me munire possem; Et accidit infra hebdomadam Dnicæ Pas-
sionis incidit in lentam febrim, qua debilitatus in lectum procidit et
extemplo totum se devotioni et recollectioni dedit. Sacramentis Sa-
crosanctis frequenter se muniebat, et ingravescente morbo ipsa die
Resurrectionis Dominicæ, sumpto Salutifero Viatico Corporis Chri-
sti et Extremæ Unctionis Sacramento, Fres de offensis deprecando.
& altorum orationibus exitum animæ suæ comendavit; tandem per pios
affectus et devota suspiria Deo animam suam comendavit, et circa hy
Fratribus ipsa hora meridiana Resurrectionis Dnicæ, piam animam
creatori reddidit non sine desiderio suo et lamentatione Fratrum.
In cryptino cum maximo concursu hominum tumulatus fuit in co-
muni Fratrum Sarcophago, ab omnibus gratus Deo et hominibus ama
bilis, habitus fuit:

P. Ignatius Pilznen moritur.

Eodem anno d. 9 Decemb. V. Pater Ignatius Sado-
vice Pilznen Confessarius, professus Reformationis, singularis pietatis
et maximarum virtutum laude florentissimus, à crudeli morte, nul-
la ratione ducente pietatis eius, extinctus est. Vere fuit religiosus
per quem compositus vitæ, magnæ probitatis, totius religionis et pie-
tatis specimen, qui ob egregiam animæ sui Dotes, sæpe Guardianus
hus munere et semper fere functus, cum pace tamen, prudentia maxi-
ma, discretione singulari, Dei et Fratrum observantiæ zelo, lauda-
biliter et exemplariter exercuerit: qui tamen morbis continuis op-
pressus, carnis cursu expleto, mortalium sorte lege, præmissis
et susceptis pie Sacramentis cibus, debitum mortis pie exsolvit, exce
dens quinquagesimum Ætatis et Religionis 26. annum, et in eodem
Corui Vicicen Ecclesia spolia mortalitatis suæ deposuit anno et die
vt sup.

Eodem anno die 26 7bris. P. Pater Mo- 1631
destus Dziedzicki Confessarius et Praedicator insignis, pietate, vita
exemplari ac salutis animarum divina emulatione admodum illu-
stris, solitudinis suo Deo ceteris amantior, ad eum qui minime solus est,
letur et promptus, migravit! Qui anno Dni 1627. à licentiovi et la-
xiori observantia PP. Bernardinorum, ad Strictiorem, rigidioremq;
Reformatoris observantiam, studio perfectius vivendi et puriùs Regulæ
observandi, descenderat, quem cum suscepisset piùs et deinceps ædi-
exhibit, doctrina et eruditione pollens, et miris virtutibus præclarus,
sanctissimæ paupertatis, Francisci Domini zelatissimus cultor, Vora-
tionis sui ac institutis Reformi observantissimus et amantissimus zelator.
Quod copiosius extare videtur ex eius subscriptione in professione con-
tra Unionem quæ talis fuit. Ego Fr Modestus Dziedzicki Praedicator
Premissam, Reformationem totis viribus amplector et millies pro ea
mori desidero, ita et promotor, cuius gratia tempore Unionis Romæ
cum ceteris zelosis Patribus, non sine maxima resolutione et fatigatione
maximè cum esset natura et complexione non adeo valida, pervexerat
et multum suæ præsentiæ, dexteritate, consilio etc Reformationi ad absolu-
dam Unionem. profuerat cum alijs. Divini Verbi Praedicator egregi-
us exhibit, ingenio clarus, optimo eloquio et multiplici officio Praedicatoris
laudabiliter et fructuose functus, et non minus opere quam sermone,
viam Dei populos docuit in veritate, multorum corda ad amorem
Christi spiritus S. cooperante gratia, converterat. Verè sicut nomen suum
fuit Modestus, mitis et mansuetus, vita, moribus, pectu, habitu et
pia conversatione commendatissimus, pietate et religione, et vitæ per-
fectionis exemplo, decoratur. Et ab præclarae animi sui dotes, muniis
Religionis ut Guardianatus. Definitoratus, etc fuit sæpius insignitus,
in quibus officijs probè et exemplariter semper se gesserat, ut ubiq

PP.

P. Modestus Dziedzicki mortuus

Transit ad Reform.

Affectus erga Reformam

Praedicator egregius

et exemplo

Parabatur et Fratribus gratissimus existeret: Tandem laboribus continuis et senio fractus, et totaliter debilitatus debilitatis ordinarius ex indulgentia bonorum et discretorum Superiorum, ab officiis divinis fuit liberatus et exemptus. hunc vel maxime solitarius, maiori devotioni, recollectioni, meditationi celestium bonorum iugiter occupabatur, et preparationi ad felicem exitum mortis, se tradebat frequentius et ferventius in exercitiis pietatis se exercendo, ut poté Sacramentali Confessioni quotidianæ, celebrationi Missarum cum maxima pietate, ex animo incumbebat, sperans brevi sibi adfuturam horam mortis, et dum sic recollectus, pro humana fragilitate preparatur ex pectat, et ecce mortem in lectulo fuit. nam die 26 paralisi seu apoplexia tactus inventus fuit in cella sua. sine loquela, et fere sine sensu corporis, per partem dextram signa tamen magnæ penitentiæ et contritionis palam ostendebat, et generali absolutione peccatorum per ipsorum Confessarium perceptâ. Sacro viatico et extrema unctione communitus, bidno supervixit, et gravatus meritis et pietatis operibus mundus pace sub amplexu 70 annorum die 28. 7bris occubuit et mortem non incautus sed libens excepit, quia se ad illam diu composuit et totum ætatis sub non solum annos sed singulos dies observavit, ne ultimus fatis periret: et mori male non potuit, qui semper Deo, pietati, religioni, et bono communi vixit. et sic valedixit mundo huic, in æternum cum Deo victurus, ac in Ecclesia S. Casimiri Cons. Crac. non sine luctu Fratrum tumulatur, clangorem tubæ dei è sepulchris evocaturæ, ibidem expectat

Caras se ad mortem

1652 X
P. Eustachius Piwski Clericus mortuus.

1652 16 July Fr Eustachius Piwski, humilis et devotus Clericus, morbo gravi prevenitur in Conu Premisliens suscepto devotè Sacramentis è vivis decessit, ibidem sepultura accepit.

Fr Benedictus Leop. Laicus mortuus

1652 ad 31. Octob Fr Benedictus Leop. Laicus. Vir simplex et rectus coram Deo et hominibus, omni tempore vitæ suæ, qui zelo perfectionis obsp. vegetus ab Obs. ad Reformatos transivit, ubi in asperitate vitæ et patientia magna enituit. Officium obij Fratribus bene religiosè vivendi forma, plenus dierum (70) et meritorum ex hac vita migravit. anno die ut sup. in Conu Leop. ubi sepultus fuit

1632

Hic annus fatalis fuit Prᵒᵛ ob multos Fratres pestilentia sublatos.

1632

23 Julij. Frater Later Bartholomeus Chronig Cracᵛ, Sacerdos et alumnus Prᵒᵛ, incidens in febrim malignam, Sacramentis Ecclesiæ se cõmunirí curauit et ingrauescente morbo, incidit in phrenesim grauem, et phreneticus mira loquebatur, et faciebat et phrenitico expirauit. et in eodem Cœnõ Strbnicen sepultus fuit: Cuius dicta et facta in phrenesi, dum Fres boni considerarent, animuerti sibi et censuerunt ea fuisse prossagia, alicuius casus notabilis, vel pestilentiæ in illo Cœnõ et mortis plurimorum Fratrum, put de facto post 4. menses euenit. vt inferius patebit

P. Bartholomæus Chronig moritur

In Cœnõ Cracouiẽ pestilentia mortui.

30 Julij. Fr. Petrus Wolscig Cracouiẽ Laicus professione, Vir pius et exemplaris, pro obseruantia Regulari zelosus, qui ab compositos mores suos et innatam benignitatem et industriam, sspius Seraphicæ munus obierat, deuotus et diligens, atrea mundities et ministerium Altarium fuit, dilectis Summe deorum [illegible]

F. Petrus Wolscig Laicus moritur

99

Additio ad eiusdem F. Benedicti Leop. Laici.

Prædictus Fr Benedictus sequenti nocte mortis suæ, apparuit vigilanti confratri suo, petens ab eo absolutionem de quodam peccato ob oblitionem non confesso, ob quod se detentum esse in purgatorio, affirmauit, quod postquam confessus fuisset et absolutionem obtinuisset, continuo disparuit.

Alterum è. Idem Fr de licentia Superiorum, pro usu suo particulari et spirituali consolatione habuit quendam librum deuotum Polonicum autore Thoma de Kempis de imitatione Christi, concessum, cuius lectione quotidie iugiter occupabatur et delectabatur, et quod in eo librum cum gustu sub spirituali legebat, affectu mixo ruminabat, et illud opere exequi pro posse, diligenter studebat. Post mortem illius cum quidam Frater deuotus, magno desiderio teneretur habendi eundem librum, vt de-

F. Petrus Le[illegible] moritur

mortui

Pantur et Fratribus gratissimus existeret: Tandem laboribus continuis et senio fractus, et totaliter debilitatus, ob virtutem ordinarius ex indulgentia bonorum et discretorum Superiorum, ab officiis divi fuit liberatus et exemptus. hunc vel maximè solitarius, maiori devotioni, recollectioni, meditationi celestium bonorum iugiter occupabatur, et preparationi ad felicem exitum mortis, se hortebat, frequentius et ferventius in exercitiis pietatis se exercendo, ut poté Sacramentali Confessioni quotidianæ, celebrationi Missarum cum maxima pietate, ex animo incumbebat, sperans brevi sibi adfuturam horam mortis, et dum sic recollectus, pro humana fragilitate præparatur ex pedat, et ecce mortem subitaneus in cassis fuit. nam die 20 martii seu apoplexia tactus inventus fuit in cella sua, sine loquela, et fere sine sensu corporis, per partem dextram signa tamen magnæ pœnitentiæ et contritionis palam ostendebat, et Generali absolutione peccatorum per ipsorum Confessarium perceptâ. Sacro viatico et extrema unctione communitus, biduo supervixit, et gravatus meritis et piietatis operibus mundus pacificè sub amplexu 70 anni, die 28. 7bris occubuit et mortem non incautus sed vigens excepit, quia se ad illam diu composuit et totus ejus his sub non solum annos sed singulos dies observavit, ne ultimus [illegible] cum semper Deo, pietati, re-

Caruit se ad mortem

1652 P. Eustachius Wolski Clericus mortuus.

Fr Benedictus Leop. Laicus mortuus

100

mortui exempto, eiusdem libri lectione se occuparet et in pijs affectibus se exerceret, cum post diligentem et sedulam perquisitionem minime potuisset illum librum invenire, turbatus et impatiens fregiter intra se imò et coram Fratribus remurmuravit contra eundem demortuum Fratrem, eò quod librum illum sic servaverit, quod invenire haud potuerit. Et cum quadam nocte sedens in refectorio solus, eundem quærimoniam repeteret: ecce continuo apparet coram illo defunctus Frater Laicus, benigne eundem Fratrem redarguens, quod se innocenter incusaret et inquietaret, et protinus monstrato loco ubi liber repositus erat, inquit, quem librum mox in eodem loco monstrato ille Fr cum gaudio suo, reperit:

1632

Hic annus fatalis fuit Provi ob multos Fratres pestilentia sublatos.

1632

23 Julij. Frater Pater Bartholomeus Chronig Grec. Sacerdos et alumnus Provi, incidens in febrim malignam, Sacramentis Ecclesiæ se communiri curavit et ingravescente morbo, incidit in phrenesim gravem, et phreneticus mira loquebatur, et faciebat. et phrenitico expiravit. et in eodem Conu Strbnicen sepultus fuit: Cujus dicta et facta in phrenesi, dum Patres boni considerarent, animadverterunt et censuerunt ea fuisse prophetica, alicujus casus notabilis, vel pestilentiæ in illo Conu. et mortis plurimorum Fratrum, put de facto post 4. menses evenit. ut inferius patebit.

P. Bartholomæus Chronig moritur

In Conu Cracovien pestilentia mortui.

30 Julij. Frater Petrus Wolscig Cracovien Laicus professione, Vir pius et exemplaris, pro observantia Regulari zelosus, qui ab compositos mores suos et innatam benignitatem et industriam, officium Sacristiæ munus obierat, devotus et diligens, circa mundities et ministerium Altarium fuit, ddexitq; summe decorem domus Dei, Sacerdotes ut ministros Dei debito honore prosequebatur, et nullis alijs vestibus ornatus erat: dum eo anno Cracovia pestilentia infecretur, idem cum alijs Patribus et FF. ex charitate remanserat, et nescitur quomodo pestis infectus, in lectum decidit. Sacramentis Pœnitentiæ et Viatici Sacri citò munitus, die ut sup et anno, interiit, et sepultus extra Ecclesiam Conventus in horto sub pariete Chori minoris, fuit ibidem Judicis Magni Dei adventum, expectat.

F. Petrus Wolscig Laicus moritur

31. Julij. Frater Petrus Lesiowski Confes alumnus Provi. Vir nobilitate generis, et virtute præditus, vitæ sarcinas componere cœpit est.

F. Petrus Lesiowski moritur

qui

qui ab infantia sua Religioni S. Francisci professus fuit: hic post aliqualem trāsum rudimentum, adolescens factus, teneresti militiæ se dedicavit, primum in Polonia sub Ducibus exercitibus Polonicis, maxime contra Turcas
Primo Miles
in expeditione Cocimen, insignia generosi animi argumenta strenue pro patria dimicando, declarabat, ubi globato bombarde per collum tractus fuit, qui globulus plumbeus post vulneris sanationem intra venas colli eius tam mobiliter, imò mirabiliter (iudicante
Globo ducto trai cit
id quidam clarissimo et prestantissimo Medico Paduano apud quem consilii gratia me presente fuit dum Roma per Patauiam reuertetem) usq; ad mortem immobiliter hæsit, palpabilis ab omnibus. Soluta expeditione Cocimensi peruexit in Germaniam, ubi sub Ducibus S. Cæsareæ Maiest' contra Belsteem Gabor cumilitonem agens strenue decertauit: tandem post expeditionem Germanicam in Poloniam reuersus spiritus S. gratia illustratur: Capit per experientiam agnoscere, Vanas esse spes et promissiones mundi, voluptates, illecebras carnis et diuitiarum, esse vanitatem vanitatum, imò impuras et salutis animarum noxias: et sic ultius cogitans, decreuit resoluto animo, sic cuncta spernere, et in simplicitate cordis ac humilitate animi militiæ Spirituali et Christo maiorem et totam suam consecrare, pro securiori salute animæ suæ. Deo se in seruum humilem dedicare, constituit; imag non procrastinando sancti animo suscepti se ad Reformationis nrē institutum petiit, qui susceptus et professus, strenuum se militem et famulum Dei in initio ingressus sui manifestauit, nam deuotioni, pietati, mortificationibus et exercitiis tam internis quam externis totaliter se tradidit, vt citò in strenuum et zelosum obseruatorem Regulæ euaserit. Factus autem Sacerdos post 4. fere annos ingressus sui, ob egregias dotes suas (raro exemplo) Guardianus Cracouiæ, Gliuicen' institutus fuit. vbi cum se strenue gessisset, postea officia Religionis vt pote Guardianatus, Præsidentatus sustinuit. Et in Definitorem Prouinciæ electus

cum

fuisset, Romam vti Comissi Diffinitoris ad condenda Statuta Gñalia
Reformationis, cum P. Custode Vocali, destinatus fuerat, cum et alias
tempore Dñorum Reformi cum Bernard. pro instauratione Reformi
nrē cum alijs Patribus nris zelosis, pervexerat: Et quia inter cete-
ras dotes diuinitus sibi collatas, pauperteis Franciscanē zelatissimę profes
erat, et dexter in agendis, propterea prefecibi fabricis Conventuū
confidebat eum Pater, ut zelosum pauperteis obseruā
paupertē Sectatorē minoritanē Conuentus cōuenienter exaddificandi
Vti efficaciter circa Conuentū Zahlicen et Premislien fecit, qui cura
eius et industria fabricati sunt, vti luce liquidō patet;
Cum aliquot annis circa Conuentū prefatos fabricarios exercis-
set, non sine dissipatione spūs sui et aliquali intermissione exercitio-
rum spiritualium religionis, tantis curis continuis vix ad tedium
molestatus fuisset, supplicauit supplex PP. Capitularibus presenti
anno in Capitulo Leop. Biecis facto, quatenus pro solatio animę
sue. libere à fabricis curis esse posset, vt interea interius et quietius
viuendo, deuotioni, meditationibus recollectionibus et exercitijs
spiritualibus eō cōmodius incumbere posset, animam suam spiritu-
aliter exercitijs recreare et refocillare posset et ad felicem exitum
de hac misera vita preparare valeret; annuerunt PP. eius vti
iusto petitioni, et liberum eum fecerunt à curis fabricarum et
pro maiori eius recollectione Conventum Cracouien assignauerunt.
vi pro inhabitant quieta, pro tunc quidem in periculo pestis Cra-
Cracouia peste infecta erat) existentem, cum mandato, vt solatio pe-
ricula pestis, ibidem inviolatum statuere liceret: sed ille naturae oc-
casionem sibi bonam offerri, ad feruentius se ad mortem prepar
randi vti inter pericula mortis proximę, consequenter et meritoriae
ste infectis si necessitas postulauerit, sacramenta ministrandi: quare
petitum acceptis obedientialibus, contulit se Cracouiam et ad Con-
uentum

Fabricas

Conuentum Zahl. extruit

ventum et quidem à pestilentia liberum, accepit, eumque ibi pervigilavit Hebdomadas secum permansisset, nescitur quomodo pestilue infectus fuit et mortalem morbum incidit et post dies 2 vel 3. infectionis suæ ex hac vita mortali ad immortalem, dispositis Sacramentis, qui tunc poterat munitus, migravit Algidum vitam tranquillorem maturè quæreret, æternum obtinuit, et sempiternam requiem immatura morte. fecit, et eidem apposita S. Petro, æterni judicis felicem adventum exuviæ corporis eius, expectant.

Pestilentia moritur

30 Augusti eiusdem anni. Pater Frater Daniel Lotaniecki Sacerdos olim nunc Reformatorius vitæ, juvenis Sacerdotio et professione regulari, maturus tamen judicio et virtute, sarcina corporis deposita, beatum finem sortitur est: Qui cum esset Sacerdos secularis et Commendatus seu Vicarius alicuius Parochiæ, Vir erat Apostolico zelo et religione insignitus, mentibus præstans et quod maximum, pietate, vitæ exemplari, ac salutis animarum divina dumtaxat adhuc spectabilis, qui suis diurnis Concionibus, sanctissima administratione Sacramentorum, optimis exemplis, pinguissimos fructus in Dominicum horreum inferre satagebat: erga pauperes et egenos et maxime erga Fres pauperes S. Francisci pijssimus semper exhiberat, summoque honore et veneratione prosequebat semper, et cum caritate suspitio, excipiebat, Jandem exactus divinitus ad mundi contemptum, religionem Seraphicam amplectendam, ~~cuius~~ in Reformatione vitæ, 1649 13 Octob. habitum religionis suscepit, et tanto deinceps spiritus feruore virtutum perfectionis aggressus fuit, ut brevi totius religionis, devotionis omnisque pietatis specimen dederit: Et tertio anno religionis cum Cracoviæ Civitas pestilentia gravi infecta fuisset, et ipse esset totus

P. Daniel moritur peste

Affectus erga Fratres ad hæc in Statu

Frat. Fr. Minor

totus amore Christi replebat et zelo salutis animarum precioso
sanguine Christi redemptarum inflamatus, pie censuit, optimam sibi
occasionem à Christo offerri ad probandum exteriùs et efficacitèr
virtutem dilectionis suæ cordialis, quoniam iuxta D. Gregorium
probatio dilectionis, exhibitio operis est: quare amore Crucifixi
accensus ultrò et spontaneè se obtulit, cum benedictione Superio-
rum, obsequio spirituali, pestè infectis se conferendi, et seque-
stratus ab aliis Fratribus (conventus Cracovien, maxima cum cha-
ritate ac zelo salutis animarum incolis Cracovien pestis hac la-
borantibus tàm intrà quàm extra Civitatem, ministrabat Sacramenta Pœ-
nitentiæ et Sacri Viatici, cautè tamen, et circumspectè, dixi cautè
quia pro securiori vitæ suæ (et quidem non meliùs mortis suæ,
quam amore Christi contemnebat qui D. Paulo Apostolo dicere non
tam verbis quàm facto dum se periculo mortis voluntariè obtule-
rat, dicebat Cupio dissolvi et esse cum Christo) ut tanto diutiùs
et copiosiùs posset insservire pestilentia infectis et ministrare offi-
cia pietatis Christianæ, et Sacramentis animas fidelium recreare
(cum pauci adhuc spirituales ministri ad ministrandum infe-
ctis) ideo cautè ministrabat officia pietatis, nec intrabat interiora
domorum infectarum, sed infirmos seu infectos, ad se foras deduci
vel saltem ad fenestras, vel ut saltem vocem infirmi audire posset,
curabat, et sic quoad potuit cautissimè disponebat fideles ad felicem
mortem, Sacramenta salutis administrabat, cum maxima delectatione
et consolatione Christi fidelium et raro exemplo, in eo pio servi-
tio seu obsequio dum morarentur per 13 Hebdomadas sanus et incō-
lumis, interea habuit occurrentem sibi quendam Medicum Scholarem
qui à Serena Regina Poloniæ destinatus fuit Cracoviam ad

Sanandos

Pestilentia infecit ægrotos

sanandos seu curandos peste infectos, qui cum cognouisset quod
Ille Pater tam caute procederet in administratione Sacramentorum
et timeret sibi, persuasit ei Patri vt sumpta certa preseruatione
quam eidem continuo obtulerat, non sibi amplius timeret, cerbis
cans eum fore subleuandis curamento, quod de cetero securus etiam domus
infectas accedere posset et ministrare proxime de manibus
suis Sacramenta salutis, peste infectis, munitus ea preseruatione
Pater ille bonus credens his, cum zelo inflamatus esset, doleretq;
vehementer, quod intra domos infectas, peste laborabant, non poterat
vti desiderauerat comode ipsi Sacramenta ministrare, propterea
Peste infectis confidens illi preseruationi lætanter et securissime cœpit intrare
domos infectas, quærens quibus ministraret Sacramenta salutis
sed diu sic ministrauit, nam post paucos dies, illa securitas ver-
sa fuit in periculum, consolatio eius in dolorem, nam sic secure
agens peste facile infectus fuit, et post tres dies infirmitatis suæ, cõmu-
Pie mo nitus tamen Sacramentis, gravatur meritis charitatis Diuinæ et proximi
rit zelo animarum, obdormiuit in Dño die vt supra, et apud fratres
ad primum Duos extra Eccl̃am, ibidem extremi iudicii diem expectat.

10 Xbris eiusdem anni. Post profectos Tres pie defunctos. Fr. Fran
F. Francisc. Cra ciscus Bodenstin Cracouien Laicus eximiæ simplicitatis ac sinceritatis Re-
Laicy moritur ligiosus, et seruandæ suæ Regulæ zelantissimus, e viuis exceptus, redditus
cælis fuit: Qui ante ingressum religionis, erat inter Ciues Cracouienses
Diuersa ad annumeratus: Vir erat simplex ac timens Deum, cui etiam benedixit
culo. Deus, vt abundaret seculi diuitiis et affluentia bonorum temporalium,
et uxorem pari devotione ac timore Dei fulgentem habuit, cum qua magno
Fit Vi pere in pietatis Christianæ operibus se exercuerat: Martha vxore, cælibem
rag vitam sobriam et piam duxit, quamuis inuitaretur sæpius ad ite-
randas nuptias. sed ea ex animo contemnebat, imo totum se piis operibus
tradidit, magna cum charitate compatiebat egenis, afflictis, quos sæpius con
solabat

sollebatur non verbis tantum sed facto, nam pro suis viribus et facultatibus, necessitatibus pauperum, egenorum, afflictorum et maxime verecundarum personarum Deum timentium, Virginum nobilium, charitative et larga manu, subueniebat copiose. Spiritualer personas et ministerio diuino consecratas et dedicas, tàm seculares quàm Regulares, deuota reuerentia et munificentia prosequebi et precipue Fres Osegr et Bere Amore Fres Observ et pauper Fres Observ Zelles Reformatos pro affectu diligebat, et eisdem sepius largas eleemosynas amore Dei, distribuebat: Confitebor pdam, quod quanto liberiore manu pauperibus et egentibus ic subueniebat, tanto uberiùs à Deo largitore bonorum, experiebar bonorum suorum temporalium accrescentiam, sed et animâ sua largius cœperat degustare suauitatem Domini et diuinæ gratiæ abundantiam et consequenter, fuit labilis mundi et vanitatum eius contemptor freri: Et quia diuinæ inspirationis fuit non surdus auditor, non contentus tantis operibus suis bonis, quæ Dei gratia in illo operabatur, serio cogitauit quomodo se in seruum Dei totaliter consecraret, ac mundi illecebris et vanitatibus vel in vltima sua ætate, valedicere, sed enim multa incommoda vel commoda seculi in seculo detineri videbat, vt potè abundantia rerum temporalium, amicorum conuersatio, honesta et familiaris, commoditas vicibus et amicibus, corporis mollities, filiæ suæ iam nuptæ amor, et quod maximum erat, aurea libertas, fœuus primariorum Ciuitatis eum detinebant: Conuersatio bona coram Deo et hominibus et consequenter perseuerantia in bonis operibus, bonam spem salutis æternæ, et remunerationis perpetuæ, promittebat: Jam verò ex alia parte grandæua ætas (cum prope quinquagenarius esset) delicata educatio, corporis sui voluptuosa nutritio et obesitas corporis sui. (erat enim crassus nimis et pinguis corpore, et ita grauabatur corpore ppio quod ad Ecclesiam domui suæ vicinam cum pro debitione eundem éet, experiebar magnam difficultatem, molestiam, tussim et ex fatigatione debilitatem maximam contrahere sepius) Tertullian de Studio Religionis

tum

Resolut se

lum rigor stabat religiosa, orchionum assiduitas, exercitiorum, et mortificationum frequentia, eundem à concepto fervore, serviendi Deo in religione, deterrebant: at ille spiritus fervore concepto, (Afflante Dei speciali gratia) vitam, morer et mentem commutare, statum religionis et magis strictiorem, amplecti efficaciter, cum forte animi constantia et alacritate spiritus feruenti, etiamsi vitam profundere, et mortem subire necesse fuerit, constituit et decreuit in corde, et processum suum rei et prædicti propositi, per piar preces, largiores eleemosynas, Deo commendare non neglexit et seipsum per frequentem communionem, Sacramentorum et aliar devotiones disponebat. Et hæc dum ageret, venit aliquando ad Conuentum Cracouien: S. Casimiro extra Ciuitatem dicatum, ibiq; innuens se in gratiam Fratrum nouorum, quem Frer vtr optimum et bene multos Benefactores suos debito cum honore susceperunt et venerati sunt. et inter cæteros conferretur dixit Fratribus: Suscipite me in gremium vrum et ego vobis interea, ædificari faciam murum circa vestrum Conuentum à parte platea figulorum, cum videam quòd propter pacem vram et securitatem maiorem indigetis ex muro clausura. Patres nostri existimauerunt quidem quantum ad susceptionem suam, satis recose dictum, quantum verò ad structuram muri et clausuræ, scilicet quòd sufficeret et posset (si vellit) opere promissum complere.

Ibi Benefactor

~~gratiar~~ gratiar ei egerunt, pro tali eius gratia et fauore, sed quantum ad ipsum quòd vellent eum in gremium sui suscipere, non tam serio (quia putabant eum non serio idem affectatem) quam tactum affectum sua gratitudinis erga eum demonstrando, declararunt: quo audito respondit. ego me interim recolligam quantum ad susceptionem Sobolis religionis me vos pro Deum exorate (inquit) et materiam pro fabrica muri procurate interea, me sumptum oem suppeditante, quòd cum Frer nostri per F. Valentinum Laicum Procuratorem Conuentus strenue procurassent,

impriis

in primis eiusdem sumptu puteum in medio Conventus extruxerunt,
postea muro competenter lato et alto eiusdem sumptu cinxerunt, quod
cum perfecissent, resoluto animo instituit pro sua susceptione ad Sabinum
Reformationis viam: Sabinus vero nostri cognoscenter eius seriam volun-
tatem et instantiam ferventem, ex parte una desperanter quidam modi
quod tam delicatus Vir et grandaevus, rigorem Reform' negue quam
sustinere posset, ~~quere~~ exponebant illius considerationi, rigorem instituti
ti sui, et quod praeter exercitia spiritualia, id est, vitia mala, et habi-
tus pravos et vitiosos, mortificandos et extirpandos, virtutes inserendas,
orationem assiduas et meditationem frequenter cum genuflexionibus, cultum Justat &
divinum vide et et devote peragendum: etiam exteriorem rigorem, receptione
Et mortificationem religionis, ut sunt frequenter abstinentiae, vigiliae, sui
nae, disciplinae quotidianae, in cibo et potu penuria, lecti duritiem,
frigoris et aestus, molestiae, itinerum et peregrinationum pedestrium
difficultatem, et alia multa, illis deliberationi proponebat, cupienter eide'
iteratum suum quem putabant fuisse magis tentationem frivolam, quam seri-
am Dei vocationem, dissuadere, et persuadere conabar serio vt vel
in seculari statu suo permanendo, pietatis operibus consuetis se occupa-
ret et saluti suae cooperaretur, nihil interim dubitando, quod Deus eius
bonam voluntatem pro facto susceptaturus et copiose remuneraturus
susceptendi statum regularem
esset: sin minus vt saltem alteriur Religionis institutum laxius, ubi
commodatibus consuetis, illius Religionis mitioris et suae complexioni Dissuadendo.
delicatae et grandaevi status conveniebat, cum merito animus suus non acquiesceret
uti posset, amplecteretur: sed praefatae rationes et persuasiones
Sup. nihilum ut supra fabula narrabam, non enim acquiescere voluit
imo fortius, animosius instituit vt reciperetur et donaretur habitu
sacro Reformationis, offerens se cum Dei auxilio, speciliter D. Fran
circo

asco. et Fratribus eius à Xro promisso, ad ora exercitia Religio-
nis et mortificationes perferendas, saltem inquit humiliter supplico.
ut dispensetur mecum ut possim habere cellam calidam vel pelliceu
et pedum coopertorium pro tempore hyemali usq; ad mortem, quem
(inquit) breui futurum spero; Quare PP nri videntes eius feruorem ma-
Reqr ximum ad Dei famulatum et resolutionem animosam ad perferendas
religionis difficultates seu asperitates, considerantes item quod non sine
nota ingratitudinis magnæ, rejicerentur, tum quia susceptio tanti viri
hominis qui ab aibs fere in colis Cracouien, ob egregias suas virtu-
tes et conuersationem honestam et piam, amabatur et venerabatur
futura esset in decus Reformationis nrę ac in ædificationem plurimo-
rum, consenserunt ad eius susceptionem et in aliquatam dispensatio-
nem prout necessitas postulauerit: quod cum illi molliusset, sed ut
quod in eius susceptionem consenserint Patres, imo de facto se susce
pisset. Ipse et gaudens suscepit tale munerum, et disponere se cœ-
pit ad Sabbatum Dei susceptionem ac in primis coram Do protesta-
tus fuit cum Psalmo Domine dimidium bonorum meorum do pau-
Bona peribus, et si quem defraudauit reddere quadruplum paratus sum:
distribuit dispositis itaq; domum et familiam suam, oblata parte substantiæ
suæ filiis naturali iam nuptis et eidem resignatis præparatoribus
post hæc multam pecuniam dispersit, dedit pauperibus et inter
egenos et afflictos ic distribuit liberaliter, et comparatis sibi neces
sariis, ut puta Sabbatu, chirotecis, sandaliis, ic in Capitulo S. Francis
sci in conspectu multorum incolarum Cracouien et hospitum, summa
cum deuotione et compunctione cordis Sabbatum Religionis nrę susce
pit et Fratrum Laicorum numero annumeratus fuit: deinde quinto
post ad Conuentum Nouitiatus Vielicen ut ibi tyrocinium perfe
ctionis exerceret, et quidem à principio ingressus sui, feruentis
animus, omnibus exercitiis Religionis se applicuit, et licet delicatę
corpe

corpore et grandescens aetate, tamen sic fortis ac virilis et adole-
scentulus, promptus videbatur in bonorum operum et exercitiorum
Religionis praxi ut eos iuniores Novitios longè superaret, cum
eorum fratrum non tam Novitorum, sed etiam professorum admi-
rabili aedificatione et bono exemplo: et in primis singularem XX
eorum virtutum statu de posuit, maximam humilitatem, qua mi-
rificè exornabatur ut se vilissimum eorum peccatorem reputaret.
et indignum societate bonorum fratrum, existimaret, ad viliora
et abiectiora obsequia, quantum per eius complexionem licuit
promptum se offerebat, non solum Novitatus tempore sed per
omne tempus vitae sue, ut pote ad lavandas scutellas, ad servien-
dum SS. missae sacrificio, ad pedes eorum lavandos, ic hinc etiam
professus Janitoris, Cellarii, Canaparii officiis sumia cum humili-
tate alacritate et diligentia, saepius perfungebatur: ad eleemosynam
petendam quoad vixit vel maxime erubuit, ibat gaudenter
et confidenter in Dno, non sine multorum aedificatione, quibus non-
nunquam dabat monita salutis; cumq; à confidentibus et amicis
interrogaretur, cur non faceret illam corpulentiam seu pingue-
dinem corporis sui, humiliter respondebat. Christo fuisse etendi-
tam, et quia factus sum S. Francisci filius et frater minimus ubi
superflua non licet habere, Christus vir superfluum abstulit
ame cum multa mea consolatione, ad leviter serviendum sibi et
ad promptius obeunda obsequia Religionis med. ic

Super fundamento humilitatis, mox ab initio tyrocinij sui, gulae
vitium, ciborum parsimonia compescere conabatur, ab omni cali-
do potu, ubi vino et cremato perpetuo abstinuit. carnem suam
delicatam et spiritui insultantem, ieiuniis, sgued in senili sua aetate
integre et deuote ad amussim observabat) abstinentiis, vigiliis fre-

quentb.

XX. immediate ante professionem suam 4000 fl. distribuit inter egenos et pauperes.

Humiliatas eius

Extenuatur corpore exercitiis

Facere et deuotadire spontaneum

Sobrietas

quentibus, rigore disciplinarum asperrimarum, castigauit et alijs consuetis mortificationibus deprimebat, et ad obedientiam spiritui adigebat, ut breui sentiret sui corporis extenuationem seu corpulentiæ notabilem diminutionem, ita vt professus, qui antea secularem vitam agens vix vicinam Eccliam deuotionis ergo non absq; fatigatione multa adire valebat postea Religiosus factus, multa itinera pedestri professione cum gaudio et Christina animæ suæ, obedientiæ ductu, facere, peregrinari potuerat: Vanitate etiam nimium delectabi, et sive in vestitu sive in victu et alijs necessitatibus suis libens penuriam petiebatur, nihil prouisus vnquam præter habitum chordam, sandalia, precarios globulos et crucem seu imaginem papiraceam deuotionis causa, habere volebat:

Parcus in verbis

Silentij amantissimus fuit, vix, loquebi nisi necessitate aut proximi charitate adactus: Solitudinis amantissimus, nullubi eum repeviri tres ahùr poterat, nisi vel in Ecclia vel in cella orantem, Orationemq; quasi continue vacare videbi cum magna cordis compunctione et lachrymarum effusione, Et cum per obitum licebat præter obligatorias ex Regula preces Coronam seu Rosarium B.V.M. sive alias preces deuote ~~precer deute~~, sive in Conventu, maneret, sive foras exiens recitabat vel pie aliquid meditabatur: Præsentia diuina sibi semper obDeuti lectabatur et ad exercitandum se ad deuotionem et præsentiæ diuinæ memoriam crucem plumbeam cum crucifixi imagine semper portabat: reuersus ex itinere, sive ex Ciuitate, sive ex elemosyna petenda ~~in choro remanebat~~ ad Conventum, si erat tempus orationis, quantumuis luto maculatus, pluuia madefactus, nive conspersus vel frigore congelatus fuisset, non continuo quieti aliq; corporis sublevationi indulgebat, sed in Ecclesiam seu Chorum se recipiens, orationi cum alijs fratribus vacebat, non sine multa ædificatione fratrum: Deuotissimus erat erga

V.M

Virginem Beatissimam Mariam, quam saepius per diem per pias preces et orationes salutabat devote; Erga Venerabilissimum Sacramentum Corporis Christi pissimus extiterat semper, saepius illud cum maxima pietate et devotione sumebat: hinc Sacrificio Missae Sacrificio, tanto pietatis affectu inserviebat, ut haud modicum doleret, si ab eo ministerio vel paululum amoveretur aliquando, hinc Sacerdoter nostros Christi et officiales mysteriorum eius, suma veneratione prosequebat. Dominicae Passionis meditatione iugiter delectabi, solaq recordatione vulnerum Christi, vel inspectione ac visione imaginis Crucifixi (quam semper portabat) ad fletum et planctum amorose et amorose excitabatur. Sacras Sui continuo ruminat, sinceram mortificationem et exercitia claustralia, tam externa quam interna in honorem et imitationem Crucifixi, nimirum, omnia adversa sibi obviantia, rigorem observantiae, obedientiae promptissimam, penuriam victus et amictus, lecti duritiem, vigiliar abstinentias, corporis macerationes, peregrinationes itinerum, frigoris et aestus, luti pluviae, ninium perpessionem, laboris et molestiarum sufferentiar, disciplinarum sanguinolentarum afflictionem, pedum ex frigore cruenter vulnerationem (frequenter enim patiebar in pedibus et calcibus sufferebar et vulnera sanguinolenta et dolorosa) haec ota et similia in memoriam Christi Crucifixi laudenter sustinebat, et Christo in unione crucciatum et dolorum eius, pro expiatione peccatorum suorum offerebat amorose; Afflictis, aegris, Christi in carnali et passi in eis miseriar repraesentatus tanto pere compatiebar, ut saepius eorum deflerat miserias, Deum pro ipsorum consolatione deprecabatur supplicitur; Fratribus in religione novellis, iuvenibus aliisq mortificationem consuetas Regulionis arcta sustinentibus ex animo compati videbar, et optebat si ei per voluntatem Superiorum liceret

pro

pro eisdem in corpore suo, aer mortificaret illorum libenter pateretur
modo illi liberi essent ab eisdem, et nihil aliud [illegible] tolerarentur, dicebat
Iver isti innocenter sunt et sanctiv et talia eos pati necesse est
et ego senex et maximus peccator et inveterata malitia, nisi [illegible]
pabor. Ohè miserere mei &c. quare bonum Fratrum et aliorum non
solum huius Conventus, Provinciæ totius, sed et totius Ordis mortificatio-
nes exercita pia Unitas Christi passionis et meritis offero
(inquiebat) ad gloriam tuam. Deus Pater omnipotens et in satisfactione
meorum peccatorum, supplicter petens, vt (inqt) participem faciat
meritorum eorum Fratrum &c. (Augustam, quemcunq; in Deum et in pro-
ximum summo odio prosequebar, fervente, orare solebat pro peccato-
ribus in mortali peccato existentibus vt converterentur ad Deum et
a peccatis solverentur.

Præparat se ad mortem

Cumq; crescente ætate, mortis appropinquare videretur, eò magis crescere in exercitijs spiritualibus videbatur, vt facile speculum omnis probitatis, innocentiæ et virtutum eorum consodalibus Fratribus, ad imitationem factus fuisset sed et Seculatibus pio exemplo ad piam vitam ducendam præluxit et sic præluxit vt multi precium suavium vim apud Deum, exoptarint: Et cum tempus resolutionis ~~sua~~ et corporis sui instaret vt examinetur et probetur in hac vita, postea quam coram Divina Maiestate appareret, multis asperis ægritudinibus, diuexatus fuit, quæ tamen miti et æquo animo tolerare visus est: Et cernens vicinam sui corporis depositionem, in vltima sua infirmitate sæpius Sacramentorum usu pio et mitis in Deum affectibus animam suam fabricabat (Caliæ relicta et illecebras) laudans Deum pro infinitis Dei beneficijs in se collatis, vt pote Vocationis suæ ad Religionem, et specialis doni Meditationis ~~et~~ et contemplationis diuinarum donorum et beneficiorum eius Deo

à Deo concesso ~~et~~ sibi et tradito speciliter (propinquus mortis ex-
posuit cursum Confessario suo, quòd speciale donum et modum singularem
contemplationis et meditandi sibi à Deo datum accepisset, quem quòd
fratribus pre humilitate sua non communicasset, condoluit et scrupulum
se habere asseruit, et si possibile esset (ajebat) ut possem modo ante mor-
tem meam vicinam, enarrare et exponere libenter et optarem illum scri-
pto notari pro diis fratribus, et cum ei oblatus fuisset scriba qui no-
taret eius dicta, non potuit ille verbis exprimere suos conceptus, et
affectus, et debuit cessare à prædicta sua intentione et voluntate)
et multarum diuinarum spiritualium consolationum sibi traditarum, etc.: Gravatus
vtq; annorum numero (sexagenario maior, Religionis 15.) et virtutum
meritis diues et opimus, præmissa suscepta devota eius Sacramentorum
Ecclesiæ sanctæ, cum ipsius vitæ misere transegisset in patientia et bona spe
cursum, ad cœlestem placidè concessit, non sine nota perfectionis vitæ
religiosæ, corporis vero sui exuviæ in Ecclesia eiusdem Conu etc
deposuit: Post mortem ipsius Puer superstiter, ut experientiam face-
rent pestilentiæ an naturali morte decessisset, nudatum corpus ele-
mortuum eius inspexerunt, sed nullum signum pestilentiæ in toto cor-
pore reperierunt, imò corpus eius defuncti sic nitidum, tractabile
ac si infantis pueri viuit, cum admiratione magna, viderunt, et pulca-
verunt, quod in Eccla ut supra debito honore, sepelierunt. anno et
die vt sup.

1632. 4. Octob. V. Pater Hyppolitus
Louicianus Confess. annorum vitæ ~~octuor~~ et Religionis satur, hac eòd'
die, in Æternam requiem à Deo vocatus, laborum et meritorum merce-
dem, accepit: Erat vir virtute prudentia, dexteritate, zelo Christianis
observantiæ magnus, iudicij maturitate et experientia gravis, qui inter
cæteros Patres ex Observantina familia Reformationis Institutum ample-
ctenter, erat primus et antesignanus aliorum, anno enim salutis Cum
no. 1622 Comissario primùm ad plantandam Reformationem in Regnum
Poloniæ destinato primus adhæsit et fideliter plantandi Reformationis
cooperatus fuit, et ob suas egregias animi et corporis dotes, in secundi
Capitulo Reform. electus fuit in Discretum Custodiæ: postea
missus Brecium vt inibi se ingereret in gratiam incolarum obtinuit
conditionis, per consequens vt tentaret susceptionem Templi et Fundationis
Conuentus, quod quidem strenuè executus fuit, nam sua pia et religiosa
conuersatione, dexteritate insigni, tum vel maximè Concionibus suis et
Confessionum exceptionibus in Parochiali Eccla, animos incolarum
illius Ciuitatis deuicit, ac in fauorem et amorem Fratrum nostrum
~~conuertit~~ primarios quosq; tàm Spiritualis quàm Secularis ordi
nis et conditionis, commouit, qui eiusdem Patris pietate, persuasione et
supplicatione pia moti. Patres et Fratres nostri in suam in Ciuitatem Cusa-
pevunt. et locum pro ædificatione Conuentus, designauerunt, vbi eiusdem
Patris opera, cura et industria Conuentus exædificatus erat, vt vide-
re est in Archivio eiusdem Conuentus et propterea iure optimo illius Con-
uentus Fundator dictus fuit, et illius Ciuitatis seu potius totius regionis
Apostolus nominatus, et ab incolis illis vt bonus religiosus, et pius
Deo charus venerabatur fuit semper: Post per integros 30 annos in
Reformatione existens, in continuis officiis Religionis exercitatus, septe
officium Guardianatus, Præsidentatus, ac Prædicatoris cum laude
sustinuerat

sustinuerat. Tandem senio confectus (sexagenarius maior), labentibus fractus, in senectute bona, paralizi tactus (per aliquot supervivens) diver virtutibus et meritis cumulatus, post susceptionem Sacramentorum ipso die S. Francisci Seno carnis ergastulo solutus, et digressus ab hac Ecclesia militante, ad illam pervenit quae est primogenitorum descriptorum in coelis, et veluti, sive festis, transiit feliciter (ut pie creditur) ad celebritatem Angelorum eo ipso die, festum S. Francisci in triumphante Ecclesia celebrantium. Exutus vero mortalitatem in communi sepulcro Trium Ecclesiae S. Annae Cracovii positi, donec dassicum aeternitatis canatur, depositus, anno, die ut sup

Appendix

Praefatus D. Hyppolitus composuit et conscripsit pro suo particulari usu (erat enim bene versatus in casibus conscientiae) quidam librum in Moralibus Polonico idiomate quem etiam intitulavit Polonice Rebak Sumnienia ic Latine Dubiis conscientiae suis deum non timentis, ic quibusdam Confessariis nimis prius visus fuit perutilis, quare idem Pater fuerat ab iisdem stimulatus, ut pro bono eorum et utilitate Confessariorum cum licentia Superiorum Ordinis et Ordinarii praelo ederet in lucem, nunquam tamen ob aliquas suas rationes potuit adduci ut nomine eius publicaretur liber, quare quidam ex eis pro suo particulari usu eundem librum seu tractatum descripserant; Interim nescitur quo casu, an etiam ex industria alicuius, pervenit illa scriptura in manus cuiusdam Typographi Cracovieni, quam cum diligenter legeret, iudicio suo et aliorum gravissimorum censuit et iudicavit, quod non absq; utilitate spirituali multorum foret si liber praelo mandaretur, detulit itaq; idem Typographus scripturam ad Censorem librorum Ordinarium P. de Crac qui considerato pleno libro seu Tractatu, gravi suo iudicio censuit, non infructuose imo cum maximo fructu et profectu legentium (continebat enim materiam ad reformandos mores et tollendos abusus quosdam graves per Regnum Polonia exortos) posse edi librum in publicum, quia vir author libri noluit consentire (sive ob humilitatis devotionem sive ob alios respectus) ut suo nomine coeretur liber in publicum et typis mandaretur, Censor librorum non dedit quidem licentiam in scriptis, sed verbaliter solum permisit Typographo ut ederet librum, qui postquam editus fuisset in lucem, tanto multorum et gravissimorum virorum applausu, acceptus fuit, ut brevi divendidis primae impressionis exemplaribus, iterum abq; iterum recudi deberet ab eodem Typographo. &c.

118

1632
P. Gabriel Poznaniensis novitius pestis

In Conventu Casiminien. tres peste infecti, interierunt

Die 2da Octobris. in Conu Casiminien. V. Pater Gabriel Poznaniensis Predicator eiusdem Conu, vitam mortalem in cælestem mutauit
Vir erat religione et virtute, moribus omnibus præstrimus, qui ex
Observantina Prua Maioris Poloniæ zelo professionis observantiæ
ductus, ad nram Reformatorum minorum Poloniæ receptus fuit, ubi tota
vita tempore Predicationis officium sustinuerat, quia erat verbi
Divini declamator devotus et feruens, et ruxta mentem S.P. Francisci, continuus servus eius erat. de virtutibus et earum præmiis de vitiis et eorum pœnis ic et nunquam tractabat materias seu discursus
grauer et sublimes quæ magis ostentationi et fastui deseruiunt. sed
sumebat ad Concionandum moraler materias, ita ut non predicationis of-
ficium quam. cathechizatoris subire videbatur, materias tractando
ad captum auditorum, cum maxima delectatione et utilitate Christi
fidelium: unde etiam exemplari et conuersatione pia præfulgebat.
Et cum esset semper Regularis observantiæ et Devotionis sue amantissimus et observator, multo desiderio tenebatur, maioris et perfectionis
regularis observantiæ, et proinde putans ss. Capucinos, in maiori et
strictiori observantia regulari quam nros Reformatos viuere, cupiuit ex
animo ad eorum institutum, de legitima licentia, transire, et tentauit
modos licitos, sed frustra, feruore tamen suo omnibus ff nris præbat
ad exemplum. Predicator existens communem vitam et legem seu Ordinatio
nem Ordinis et suis p Predicatoribus factas, scrio et ad amussim ob-
seruauit semper, in Diuinis officiis, meditationibus et in Chori actibus
temporibus, existens: Modestus, mitis erat, nemini molestus: Et ga
zelo animarum sanguine Christi redemptarum æstuabat, propterea exur
gente hac pestifera in Ciuitate Casiminien, ipse se voluntarie obtulit

ad

inservicendum in spiritualibus peste infectis, quibus cum ministrasset Sacramenta salutis cum maxima charitate, peste infectus, prouisis Sacramentis, hac eadem die ut sup non sine dolore omnium, morte piorum ex hac vita decessit.

P. Marcellinus mortuus peste

Die 5 Decemb. Pater Marcellinus Borcei Vicarius. Vir honestis moribus, modestus, professus et alumnus reformatus, ante plenam dictis meridiem in Resperam abiit: qui post absoluta studia in Reformatione Vicarius constitutus Casiminiensis fuit, in quo officio, dexteritate, prudentia, morum elegantia insignitus fuit, agere et pati pro gloria Dei et religionis observa, nihil ambire, in aduersitatibus aequum esse, proximum mores nosse, et odisse vbi et quando opus erat, semper pium opus fore, censuit: Et quia pro salute animarum Christi fidelium zelosissimus fuit, quare pestilentia infectis Casiminiensis incolis, ad administranda pijs dictis Sacramenta, pio animo libenter se obtulit, quorum non solum animas spiritualibus consolationibus, exhortationibus piis, et Sacrosanctis sacramentis reficillabat et ad felicem agonem disponebat, sed multorum etiam corporalia debilia, panes, cibos, ministrando, refouebat, semper enim cum iret ad visitandos infirmos et peste infectos, praeter Sacramentorum antidota, portabat secum in abundantia victualia, indigentibus, distribuebat charitatiue, quo genere pietatis sui, insigne exemplar omnibus: Tandem infectus ipse (fere post 4 hebdomadas ex quo P. Gabriel ut sup decesserat) grauiter infirmari coepit, cum ex animo pro consolatione animae sue cuperet habere Confessarium, ut sic se cum maiori praeparatione ad felicem exitum animae suae disponeret; et cum iam desperaret de Confessario (quia nullus Sacerdos erat in Conuentu) seipsum disponebat, per pios actus et affectus animam suam Deo commendando: interim ex inopinato (Deo sic ordinante, et pium eius desiderium exaudiente) adfuit ad portum Conuentum P. Antonius Piotrouicius

qui

(qui manebat in quadam villa) vbi eductus præfatur Fr infirmus Confessionem Sacramentalem peregit, absolutionem generalem omnium peccatorum obtinuit, alijs sequenti die, graui morbo exhaustus, placide vitam cum morte cõmutauit. anno et die vt sup. et mortalitatis onus ibidem deposuit.

F. Angelus Stobnic. mortu.

Die 6 Decembris. Dilectus Deo et hominibus Fr Angelus Stobnicen Laicus: Vitæ puritate, simplicitate, sinceritate et moribus Christi ac nomine verè Angelus, hac ipsa die è terris à Deo euocatus inter cœlites (vt pie credo) adscribi meruit: Erat alumnus Prouinciæ, professione humilis Laicus, loco et parentibus humilibus, in Oppido scilicet Stobnicen natus, humillimisq seruitijs à prima ætate addictus, vt à minimo gigantur magnus futurus erat inciperet, quia parvus in sæculo reputatus, in Religione clarescceret. et de facto claruit, magnus in virtutibus exhibit. nam iuuenis existens, hibicinem egit in Aula Illmi D.D.X. Comitis à Tarnow Tarnowski. Castellani Dendeñ, iuuenis ætate, sed adulta virtute, nam in eo conuenerunt in vnum, aula et pietas, iuuentus et integritas Militaris seu demissio animi, et honestas et circumspectio in omnibus actionibus. Aulam quidem iuuenis sequtus fuit, sed vitijs aulæ nequaquam se contaminari passus est, petulantias enim et delicias aulæ abhorruit, imò adolescens cum esset, in strepitu aulico, simplex, rectus corde, timens Deum et recedens à malo erat. Dominum Deum: B. V. Mariam, diuos ões vera fide, pietate ac religione semper coluit. In aula tanquam vernans rosa inter spinas, odorem Christi bona conuersatione sua spirabat, fuit animo demissus, auribus religiosissimus, oculis verecundus, verbis grauis et pudicus, in loquendo parcus, ita vt omnis probitatis exemplar esset, hinc beatus vir erat qui potuit transgredi et non est transgressus, facere mala et non fecit.

et

et merito omnibus bonis placidus, omnibus amabilis fuit sed precipuè ipsi Illmo DD. Comiti et Castellano qui eius mores bonos considerabat indefessè, ob suam probitatem, sinceritatem et simplicitatem animi gratus, et acceptus erat, qui illum in sua adolescentia etsi reluctantem, vt quondam Josephum Pharao preficeret, aulæ suæ dispensatorem præfecerat: Quo in officio sic fideliter, tamq; prudenter se gessit, vigilans super familiam Dñi sui, vt integritate prudentia, candore, comitate, sobrietate ac vigilantia sua publice oes aulicos, priuatim singulos, imo totam familiam Dñi sui obligauerit sibi, omniq; fauorem sibi conciliârit, neminem fastidiens, nemini iniurius, omnibus æquus, charitatiuus, vtiq; oes sine querela vixit, et ob suam dexteritatem in agendis, celeq; solertiam in exequendis munere sibi cõmisso, in dies maiorem Illmi Comitis, Dñi sui gratiam et fauorem experiebatur: Dum igitur in aula non paruo tempore adolescens sic versaretur, dum in certa spe præmia amplissima, ampliss. præmiorum dignitatis q; copiosas haberet, dum mundus ipsi floreret oesq; applaudderent: ecce hic ille oia spreuit, promotionem reputauit vanas, dignitates fugaces, cuncta mundi oblectamenta spurcissimas, dixit, pompas mundi contemnebat, carnis illecebras fugiebat, à vitijs aulæ diligentissime seipsum custodiebat, solius conscientiæ diligentissimus cultor, virtutisq; mirificus amator exhibit, denique mundo et eius vanitatibus valedicere et arctam pœnitentiæ viam in Religione aggredi maturum iam constituit, mentemq; suam Illmo Dño suo aperuit, condolut ille vehementer, quòd priuari debuisset, tam probo, tam fideli, tam prudenti dispensatore aulæ suæ, et quem in aula promouere ac honorare, decreuerat non tam proposito eius pijssimo contradixit et libere dimisit, et quam diligentissime fratribus viris cõmendauit,

suscepit

susceptis, et ab aula velut vernans rosa è spinis singulari Dei prouidentia, erephus, ac in Religionis viridarium transplantatus, suauem odorem Christi, conuersatione sua pia et religiosa edere cepit: neq; absq; diuino oraculo, nomen F. Angeli indutus habitu religioso, accepit, nam secundum nomen suum sic et laus eius erat, sactus enim religiosus, vitam ferè Angelicam, piam, exemplarem, morum grauitate plenam, toto vitæ suæ tempore, duxit: Humilis Laicus et expers literarum, sed virtutibus vt potè pietate, puritate, simplicitate, sinceritate, ac deuotione Sacerdos et cultor Dei magnus, iuxta sensum Magni viri Cornelij à Lapide, dicentis. Quisquis (inquit) omnibus præceptis cælestibus obtemperat, hic verus Dei cultor est, cuius sacrificia sunt, mansuetudo animi et vita innocens, et actus boni, quæ oia qui exhibet, toties sacrificat, quoties bonum aliq̃d et pium fecerit ri et profectus Frater Dignus operarius in vinea religionis effectus et fidelis cultor Dei, inuentus est, non immerito enim Sacerdotem magnum fuisse diximus, religiosam enim vitam professus, in assiduo exercitio virtutum exercuit se, feruidus erat et ingenti amore Christi æstuabat, pacifica bonitate abundebat, grauis, humilis, obediens et hilaris, pauca verba loquebatur, sed multa opera bona exequebatur. Coram Deo ambulabat semper, nec à præsentia eius vel punctum recedere videbatur, videq; frebat, quod quidq̃d operaretur, non solum in spiritualibus, vt potè, orationibus, diuinis, officiis, meditationibq; recollectionibus, et solitis exercitiis religionis, quod oia cum maxima pietate perfoluere pro laude Dei satagebat, sed in exterioribus quoq; negotiis et indifferentibus, corporalibus scilicet et manualibus operibus, vt potè circa curam culinæ vel horti, vel cellarij et Cæpæ

et q̃dq̃d

et quidquid aliud ex merito obedientiæ faciendum erat, ores actus horum officiorum ad laudem Dei offerre videbatur, atq; in his exterioribus operibus sic fideliter et devote laborabat, ut semper sibi prouideret tempus orationis, et ne nimius labor spiritum deuotionis extingueret. In oratione enim die nocteq; iugiter occupari solebat: maximo ferebatur animo in Christum, tantoq; pietatis affectu, Vnicæ Passionis memoriam recolebat ut ex pio affectu et compassione dolorum Christi, cor et anima eius liquescere videbatur: Augustissimum Sacramentum Eucharistiæ, mirabiliter venerabatur, missaq; sacrificio pissime et deuotissime inseruiebat: Sacerdotes ut ministros Dei et dispensatores mysteriorum Dei, summo honore prosequebatur: Obedientissimus erat et insigni paupertate diues, nihil sibi et mansuetus, sed vel maxime erga Fratres et proximos charitatiuus semper fuit, rogatus à Fratribus promptus erat: Silentii, solitudinis laboriosq; amantissimus: Otium animæ inimicum et eius germanas sorores, vaniloquium, curiositatem, multo magis peruersa verba ex animo fugiebat: Patientiæ, abstinentiæ, et omnium mortificationum amicus erat, tantoq; conscientiæ nitore adornabatur, tali q; castimonia præfulgebat ut virginitatem illibatam conseruare gauderet. Quod reliquum est omnis pietatis et probitatis exemplar ad imitandum factus fuit ut merito ab omnibus Fratribus Patribus etiam grauioribus vnice amaretur, et ut Angelus terrestris, et verus seruus Dei veneraretur; sic igitur cum vitam traduxisset, ad extremum Patribus peste infectis seruientibus, ipse quoq; Patribus eisdem se obtulit ad inseruiendum, et maxima cum charitate ministrabat in Conuentu Casimiriensi tandem peste infectus, cum prædicate Confessus Sacratissimus Sa-

cramento

cramento ~~mortus~~ sanus existens, munitus esset, quanta potuit cum devotione et pietate resignationem exilium suum (infirmus existens) de hac vita mortali per prios affectus Deo comendabat, et cum non haberet Sacerdotem à quo ultimate à peccatis absolueretur et Sacro viatico reficeretur, seipsum in simplicitate cordis pro posse disponebat. Proximam autem mortis sue horam (invalescente morbo) sentiens, in Ecclesiam se duci poposcit, ubi conspitutus adorauit vera fide et pietate Christum in Sublimo Sacramento existentem, et desiderium quo tenebatur sumendi eundem sacramentaliter, exposuit (quo ipso ~~sacramentaliter~~ spiritualiter communicauit) sam D. Augustt. Crede et sumpsisti &c) atq; adhuc fidei, spei et contritionis se munions, pro lucranda plenaria Indulgentia flexis genibus et expansis manibus (duobus scalaribus brachia eius sustinentibus absolut, quibus absolutis adorato Christo, deductus in cellam, in lecto resedit, et caput super lectum reclinauit, et mox placide et pie (cum adstantibus astantibus expirauit, maximo desiderio sui Fratribus relicto, atq; sic ex hac miserabili vita commigrauit ad Superos in Christo, atq; conditus in Eccla, spe future resurrectionis gaudet, anno et die vt sup.

Pestilentia sublati Fres in Conu Stobnicen.

Fr. Juniperus Gliuic. moritr

Die 30 Octob. Frater Juniperus Gliuicen Laicus, Religiosus vitæ exemplaris, extremam diem vitæ suæ concluſit: Professione quidem Laicus fuit, sed eximia morum grauitate et religiosæ vitæ perfectione præditus: In adolescentia sua in census Dei amore, quæ mundi sunt spernere cœpit, et vitam religiosam vt Deo et conscientiæ suæ libere vacare posset, prælegit. Supplex igit accessit ad Patres nros, petens humiliter vt ad religionis habitum, susceptus et in gremium religiosorum Reform annumerari dignaretur: Cum autem à Pr. pro more Religionis examinarch.

adolesc

adolescens pudicus, sanctus, (Cellarius erat) moribus et conver-
satione bona florens, bonæ indolis et sufficienti doctrina, seu compe-
tenti literatura pro clericali statu, inuentus fuit, et propterea numero
clericorum eum annumerare Patres decreuerant, sed renuit ipse
ob humilitatis suæ deuotionem, dicens se indignum et ineptum esse
vt quando Sacerdos fieret ad religionis officia humiliora et abie-
ctiora, vt potè ostiatim abluendas pedes fratrum lauandos et cætera
huiusmodi aptiorem se esse affirmauit et fortiter restitit vt in nu-
merum Fratrum Laicorum, eligeretur: Compos voti sui factus, omni con-
tentione vitæ religiosæ exercitiis et perfectioni studuit, breuis
virtutum amator, in virtutibus profecit: In suscepione habitus
sacri nomen Fris Juniperi acceperat, non absque, verus enim
Juniperus, vita et moribus fuit, imò Beati Juniperi, quondam
sanctitate magni et perfectione clarissimi, non impiger imitator
et æmulator factus est, nam paupertate, abstinentia, humilitate ar-
dentissima erga Deum et proximum charitate, nihil gratius habuit,
Verbo, vt verus juniperus odorem Christi suauem proferret
gestire juniperos S. Franciscus in hortulo suæ religionis, plures habe-
re optauit: Item castissimus fuit, virgo quippe et ab omni iniqui-
namento libidinis, alienus, honestate morum singulari conderatus
adeò, oculorum et linguæ suæ, custos vigilantissimus, vt mu-
lierum non modò conuersationem sed et colloquia et introitum
abhorreret. Puritate conscientiæ et innocentiæ vitæ, nitebat, hinc
saepius cum magna contritione peccata sua sacramentaliter confi-
tebatur, Sacratissimum Sacramentum Corporis Christi, maxima cum
præparatione et pietate sumebat: Missæ sacrificio hilariter et
libenter interuenibat, Sacerdoter debito honore prosequebatur.

Et eorum

et eorum manus, maximè post celebrationem genuflexus devote osculabatur: Obij acervimus lapis fuit, propterea, vt haberet certam occupationes materiam statui religioso convenientem, artem Sartoriam (cum seculari existens petitionem ageret) in religione didicit, et non solum circa habitus Fratrum et cetera indumenta eorum, laborabat continuè, sed etiam apparamentorum Ecclesiasticorum, egregius Magister erat, et ideò officinam Sartoream toto tempore vitæ suæ religiosæ, curabat, sed et Culinæ. Camerarij. Janitoris. Provisoris officia sæpius, in defectu Fratrum et pro expectatia temporis, ex obedientiæ merito, libenter susciepiebat, et maxima cum charitate et diligentia satisfaciebat, sudabat, sic tamen labori manuali operam dabat, vt etiam animo et spiritu Deo conjungeretur: Eleemosynam libenter emendicabat eo, quòd ea (inquiebat) veri servi Dei, sustentaretur; Quia verò gravis, dexter, bene morigeratus, intus et extra mortificatq, in sutis adhibitus cautus, erat, et ideò sæpius quæstuarij onus, ei imponebatur, et non solum graviora Fratrum pro tempore comitè assocciabatur, sed de industria vel maximè discolis Fratribus, secundum exigentiam personarum et temporum, vt eorum conversationis esset testis fidelis, in comitem assignebatur, in præsentia enim eius nullus Fratrum audebat dicere vel loqui, multò magis facere aliquid, quòd non deceret religiosum, iam verò si aliquando tale aliquid acciderat, ex charitate fraterna, admonebat, corrigebat et rogabat, delinquentes, ne talia ppetrare deinceps auderent, nunquam tamen aliquem coram Superiore (nisi esset notorium et publicum) accusavit, nisi prius fraternè (juxta Christi D. præceptum) admonitum

et non

et non correctum: In visitationibus autem, tam Provincialium Minis-
trorum, quàm Commissariorum Sedis, nihil unquam referebat, nisi cum
consilio Confessarij proprii, timens ne aliquid contra conscientiam
puritatem faceret vel admitteret in his relationibus: in quo verè
pium exemplum ad imitationem Fratribus alijs reliquit, qui fal-
silis vel occulta vel correcta, vel frivola in Visitationibus referen-
ter graviter aliorum famam, sed suam conscientiam graviùs ledut
Mitto ipsius abstinentias, carnis mortificationes, summas Obedientiæ proprio
aliarumq; virtutum exemplia, recensere: Tentationibus suis caruit
sed sibi nunquam subiacuit, imò fretus auxilio diuino facile de
uicerat semper: Stupendis eius duo exempla ad imitationem et
cautionem nostram, omittere quod valeo. nec possum: 1. Fuit aliquod
cum gravi Patre in Aula cuiusdam nobilis, cum Pater ille circa Confessio-
nem excipiendam, infirmæ Matronæ, tum etiam circa exorcisationes non-
nunquam moratur fuisset in Capella, prospicit Fr. Laidio videlicet de Capel-
la transiit ad commune Hypocaustum, et ubi solus sedens aravit, quem ex
camera proxima, duæ Virgines nobiles et nubiles viderunt solum, ipsum
ad Cameram suam invitabant, ipse putans humanitatis causa se invitatum
gratias eis egit pro tanta beneuolentia, ire, ire tamen recusavit, nec iuit.
et illæ (Cupidine Dei himine) oculis nutus, oculis signa per verba levia
imò lascivia eum ad se alliciare et trahere voluerunt, palam eum ad
impuritatem et lasciviam, invitarent et inciterant, quod cum ipse
advertisset, palam, cognovisset eorum malitiam, zelo Dei ductus, easdem
non solum verbis acribus serio increpavit, sed chorda duris à pepulit:
Hinc docemur, qualiter in cellis et in domibus secularium Fratres nostros
cautos esse oporteat: Aliud Manens in quadam Conuentu, quoties quen-
dam Patrem necesse fuit exire in Civitatem, frequ- totiens eundem Fratrem Juni
plerum ut gratum socium à Superiore impetraverat, sed cum ille Fr.

quod

quod idem Pater absq; vlla necessitate quandam domum sæpius visitasset et leuiter cum quadam femina ageret, charitatiue et fraterne eum admonuit et rogauit, ne amplius secum descenderet in illam domum vti fuisset iam de prauo consortio mulieris, de quo cum ædi et alio eundem admonuisset, nec se ille correxisset, et Superiori de his admonitus, dissimulasset, timens suum periculum vti amans honestatis religiosæ, palam coram Superiore et Comunitate protestatur est, quod nollet amplius associari eidem Patri, ire in Ciuitatem, nec tamen causam suæ impatientiæ sub ob diffamationem personæ, propalauit: et eo facto magnum exemplum honestatis fratribus nris, reliquit ad imitandum et cautelam: Cum 7 peregrini et octo annos in religione pie vixisset, et omnis probitatis et pietatis fratribus nris exempla plurima dedisset, incidit eadem in grauem et lethalem morbum atq; post paucos dies præmunitus Sacramentis Eccle. siæ plenus dierum et meritorum abundans ad vitæ terminum peruenit atq; in cœmeterio Conuentus Strbnicen (ob suspicionem pestis quæ tunc grassabat per Poloniam) humatus requiescit in quiete.

P. Stanislaus Bedzin. morit.

Die 11 Novemb. Pater Stanislaus Bedzinen. Confessarius primus professus et alumnus Reformationis nrię. Vir pius, modestus, morum candore et elegantia vitæ præditus, qui in rebus humanis hanguit. litztem animi, summum bonum esse putauit et id ipsum solum quærere toto tempore vitæ suæ, videbatur; eaq; de causa, alienus ab omni ambitione vtq; semper vixit, vt nemini molestus, omnibus gratus et iucundus esset, et dum hic ageret pestilentiæ causa infectus, præmissa deuota susceptione sacramentorum exuatur annis (prope 60) et meritorum maturitate, hominem exuit, religionis anno 30. et in cœmeterio Conu Strbnic exuuiar corporis sui, iterum animandas, deposuit.

Die

Die 14. Novemb. Frater Leo Richtsovius, Laicus Sumidis professione F. Leo. morit.
sed magnus servus Dei religione et perfectione, qui forma et exemplar
virtutum facilè putabatur, cum esset, mitis, simplex, humilis, absq; ma-
litia sincerae mentis, vocationis suae et regularis observantiae amantissimus
et zelosissimus executor, officia religionis viliora et abiectiora, ma-
gna cum diligentia explebat, tantaq; fuit humilitatis ut per totam vitam
suam in religione, cuilibet obsequio Fratribus ministraverit, quare sor
et aliae virtutum suarum praerogativae et inculpatam vitam suam, Chri-
sti odor suavis exhibit in omni loco, pestilentia infectus, Sacramentorum
antidoto praemunitus pariter Religiosus obiit, mortalitatis anno in Stobnic
Coni Coemeterio, depositus. Aetatis quinquagenario maior, Religi 25. annorum

Die 15. Novemb. Frater Felix Prasnen Confessarius professus Reform. F. Felix morit.
Vir multa humilitate, charitate et paupertate praeditus, ac maxime
virtutis patientiae et resignationis exemplar, nam fere toto tempore
vitae suae religiosae valetudinarius fuit, multaq; infirmitate pacien-
tissimè tolerata visus est, ad extremum pestilentia infectus praemis-
sa debita susceptione Sacramentorum omnium, patientiae suae accepturus
mercedem, migravit ad Deum, et in Coni Stobnic ad alios
Fratres appositus, ibidem expectat donec veniat immutatio eius.
Aetatis suae quinquagenario maior, Religi 22. annorum.

Die 18 ut sup Frater Dominicus Sedominen Vicarius Coni Stobnicen F. Dnicus
Vir probitate, mansuetudine, fide, officio, et exemplo praeditus, praema- Sedominen
turis succubuit fatis: In observantia Provinciae huius Poloniae professus, morit.
et cum esset studiosus et Regularis observantiae purioris amator,
et altiorem vitae gradum mente revolveret, de legitima licentia
ad Reformationem nostram transiret, et ex nunc capit omni contentione
animi in studio virtutis ad bravium perfectionis observantiae regul: aspi-
rare. Unde ob bonam suam conversationem, cito officiis Religionis

ut pote

ut potè Prædicatoris Vicariatum et Guardianatus condecoratus fuit et dum officio Vicariatus in Sandomiren Conventu fungeretur, Fres in eodem Conu pestilenti aura infectrentur, ille cum immensa charitate, Fratres infectos, lato et prompto animo, salutem eorum, vitæ suæ præponens Sacramenta salutis ministrabat, tandem ipse peste infectus, Sacramentis Ecclesiæ receptis, acerba morte exhinctur, pietatis suæ mercedem accepit, anno et die ut sup: et ad alios appositus, ibidem supremum expectat diem.

Die 22 Novemb. Fr Ludovicus Liskowski Clericus, professus Reformationis, probitate et innocentia vitæ florens, fato immaturo exhinctus est: Erat is in Civitate Brecen Diœcesis Cracovien oriundus Civium Patrum, piis, deuctis, honestis locupletibus, parentibus natus, Cujus Parens inter primarios Cives Brecen Consulem egit et ob egregias suas virtutes à Fratribus nostris in Syndicum seu Procuratorem Apostolicum Conventus Brecen electus fuit, quod officium per plures annos cum laude summa, satisfactione Fratrum, amicissimus Fratribus existens usq; ad mortem (suspiravit), gratiosus puer, videbatur virtuti et pietati natus prout eisdem semper vixit, quare inventus cujus spes erat omnium bonorum, quam in schola Parochiali studiis bonarum humanitatis non sine profectu bona, consecrauerat: Adolescentiam vò suam ad Lycæum Academiæ Cracovien transferens, optimam indolem et præter ætatem præcox ingenium natus, eam honestis moribus, tum quoq; disciplinis bonarum sic excoluit, ut post duos aut 3. annos, ad publicas lectiones et Philosophiæ auditionem promotus fuerit: Certè erat adolescens, deuctus, pudicus, modestus, neminì molestus, parentibus et præceptoribus obse-

quens

quens, omnibus benevolus, familiaribus et condiscipulis suis officiosus, propterea cunctis amabilis et gratiosus fuit et cunctis præcipuè ab parentibus, amicis optimam spem et expectationem de se faciebat, quod esset futurus aliquando per promotionem Reverendissimus ac excellentissimus, promotionum, graduum honorum et dignitatum capax, necnon verus et fidelis Dei cultor, Patriæ ornamentum, Parentum solatium et amicorum delicia: Sed et ecce præter spem et opinionem eius suorum illustratur speciali Dei gratia, mundi humultum fugere, vanas eius promotiones et promissiones frivolas spernere, vitam tranquilliorem maturè quærere, Deo maturiorem ætatem suam in Religionis statu consecrare pie decrevit: Igitur resoluto animo (inscijs parentibus) Patres nros adiit, receptionem sui ad Ordinem et habitum religionis supplex petijt quod et obtinuit: Ita sic perfectionis viam aggressus, strictam ab inibio præclara et citra ætatem, maturæ ingenij et virtutis specimina edidit; nam in Deum prius, in cultu gloriosæ Virginis matris Christi devotus, in orando fervens, moribus innocens, spiritu demissus, gestu modestus, non verbis procacior, non voce petulantior, omnibus benevolus, in omnibus vel de himens Deum et recedens à malo, strictus sui observantissimus et amantissimus exstitit; quare ob probitatis suæ exempla, studio Philosophico ex Capitulo Provinciali eodem anno celebrato, applicatus fuit et Suius gratia ad Conii Stobnicense, ubi solitarium et à tumultu sæcularium alienum, à peste hunc per Poloniam grassante securiorem missus fuit. Studiorum cæ

sed.

sed qui secuior Conuentus pratabatur, hic cibus infectq maiorem Pueris cladem attulit: Vix dum enim inceptum fuisset studium, statim pestis ibidem atrociter grassari cæpit; eadem quoq infectus Fr Ludouicus, qui ab ipso principio infirmitatis suæ, mortem suam præsentiens, se ad piam mortem per Confessionem Sacramentalem, generalem à peccatis absolutionem et Sumptionem SSmi Sacramenti, disponere studuit et contra vim morbi affectibus et adibus piis, fidei, spei, charitatis reflexionis, munivit: ingrauescente autem morbo ipsa die Octaua Purificationis V. Mariæ, deuotè viaticum Sanctissimum suscepit et oleo sacro inunctus fuit: deinde Litanias de Omnibus Sanctis et orationibus flexis genibus deuotè orauit, decumbens, in lecto Hymnos solitos in honorem B.V. Mariæ, illi horum exitus sui cimentando, pie decantauit, postmodum Confessarium suum ad se vocari fecit, qui cum accessisset ad fenestram, vbi infirmus decumbebat et se abisse in promptu ad succurrendum ei si opus eet demon strasset, ad eum Fr infirmus dixit Ego iam morior, orate pro me rc et interim Hymnum Aue Maris Stella cantare cæpit Sacris deuote et affectuose et cum venisset ad illa verba. Monstra te esse Matrem, conticuit et placide expiravit, animam ac piam animam per manus gloriosæ Virginis hac die præsentatæ, in templo gloriæ Dei omnipotentis, præsentari meruit. Actus suæ animæ Religionis 3. Post cuius mortem caro eius demorthra aliàs subnigra et subfusca, alba mollis et tractabilis vt infantis quieri viri, facies vero nitida et rubicunda, aspectus iucunda (innocentiam eius designans) facta fuit.

sic, merede innocentiæ et pudoris cælo commendata
facta fuit. Corporis sui spolia in spem resurrectionis in Cœmeterio
Eccl'æ Strbnicen, non sine dolore Fratrum, deposuit anno die ut sup

F. Joes Clerig morth

Die 22. Novemb. Frater Joannes Bystrzyciur Subdiaconus Cracovien
ravum exemplar pudicitiæ et modestiæ, adolescentiæ suæ finem clausit.
Erat adolescens generosæ magnæ expectationis, et quem à puerilibus
virtutibus in suis annis enutrire visa est: Qui cum in bonis literis
tenerioves annos in Alma Acad'a Cracovien expolivisset, ex speciali
gratia Dei, amore Dei incensus, in adolescentia sua servitio
Eiusdem in Religione viæ se mancipavit: Hunc Religio purum
et pium Dei servum et cultorem [illegible], in dole egregia, in-
dicio provectum, forma venustissimum, ravæ pudicitiæ, moribus
honestissimum, sub vocationis religiosæ amantissimum, omnis denig
probitatis et virtutis exemplar agnoscens, solatium et iuvamen
in sua maturiori ætate, sibi allaturum sperebat, neq; sua spe frustra-
ta fuisset, eodem in studio Philosophico, cui applicatus fuerat,
toto animo incumbente, ut præconceptæ de se opinioni satisfaceret,
nisi implacabilis Parca, in florente ætate, filum vitæ eius fu-
cidisset: Etenim pestifera lue oppressus occubuit, cum se devotissime
ad mortem præparasset. Sanctissimis Sacramentis, munitus, sepul-
tus in Cœmeterio Eccl'æ Strbnicen. cum alijs ubi futurum iudicium
Dei generale expectat. Ætatis suæ. Relig. 7. xix.

134

P. Bernardus Gorsaig monach

Die 29 Novembris. Ordus in Chro Pater Bernardus Gorsaius Guardianus Quarentus Stobnicen, Vir summa pietatis et probitatis, vitæ perfectione sublimis, vitam presentem cum futura cælesti feliciter cõmutauit. Qui in adolescentia sua Deum timere, bene agere et a malo recedere cupiens, Deo supplicabat vt sibi scientiam Sanctorum, et rectæ vitæ, morumq normam demonstraret, dicebatq cum Psalmista, Deduc me Dne in semitam mandatorum tuorum &c et Ostende mihi viam rectam: quare instinctu diuino afflatus Ordinem S. Francisci, institutum PP. Conventualium amplexus et professus est, et mox ab initio ingressus, omnibus religiosi status exercitijs virtutum, enituit. Erat adolescens cum summa grauitate, mitis et suauis, taciturnus, modestus et deuotus, professionis suæ amantissimus et institutj sui cultor observantissimus, cuius zelo semper æstuabat: Cumq videret antiquam et auitã observantiam Franciscanam in multis deficientem ac labefactatam, nimium angebatur, Deumq precabatur vt modos et media ad puram observantiam et disciplinam pristinam restaurandam, concedere dignaretur: dum autem cognouisset quod Reformatio inter suos Conventuales stabiliretur, disciplina regularis Franciscana purior secundum mentem Constitutionum Summi Pontificum restitueretur seu firmaretur suo suo, felicem se putauit, quod se superstite id fieret et suum desiderium quo tenebrõ de restauratione pristinæ observantiæ impletum fuisse, pie existimabat, ideo ad eam ampledendam deuoto affectu et lato animo se obtulit: multo magis gaudebat animus, cum audisset, ab ipsomet Rdmo Patre Jacobo Bagnacabalen Generali Magistro Conventualium, eo tpe

persu

personaliter in Regno Poloniæ exigente et Conuentus Pro-
vinciæ Polonæ Conventualium visitante, Reformationem illã
nouellam, authoritate sua firmari, optimis legibus et san-
ctissimis Constitutionibus quibus observantiæ priscæ candor
felicius firmabatur: Fratresq illius ad tenaces vestigia
S. Francisci sectanda et amplectenda incitabnũ) munivit;
A quo etiam ipsomet Rdmo ob suas egregias virtutes et
præclaras animi et corporis dotes, ac zelum observantiæ,
Magister Novitiorum in Conventu Pizdrensi eiusdem Refor-
mationis, institutus fuit, quod officium maxima cum laude
et pio exemplo, suscepit ac plurimos Novitios in pietate
eruditos seu educatos, filios bonos Reformationi illi peperit, quo ipso
Reformationi illi maximè profuit: Sed cum paucis enim-
sis annis Reformatio illa Conventualium, dolose supplan-
tata et extincta fuisset, Fratres illi alumni per diversos
Conventus Provinciæ dispergerentur, profitetur Pater zelo
purioris perfectionis et observantiæ genuinæ regulæ S. Fran-
cisci flagrans, ad nram Reformationem hinc extinctem trans-
migravit. Ubi ex Magistro celebri Conventualium factus fuit
tyro humilis et Novitius, qui etsi cessaut primum esse Magister ver-
bo et sermone in Reformatione nra, sed verè Magistrum egit
exemplo bono, et pissima sua conversatione, [illegible] omnibus tam Novitiis
cet non eam doctrinam habuerit quæ in scholis acquiritur virtutes et veri bonam
ea certè abundauit quæ de cælo dimittitur, atq ita ut
magni vivi patres obtinuerit. enituit enim in eo luculenter singu-
laris prudentia, sedula vigilantia, dulcis benignitas, summa
exemplaris omnis probitatis. primus erat in Choro ad orati-
onem.

onem, in silentio, in opere manuali, in reliquis obsequiis exequendis, in exercitiis et mortificationibus solitis Religiosis adimplendis absq; omni respectu, profundissima item humilitate et propriæ vilitatis cognitione fuit exornatus: Cumq; annum probationis sui statis (qui in nullo fuit dispensatus) sicut cæteri Novitij Clerici, laudabiliter et exemplariter exegisset et professus fuisset Regulam genuinam servare, statim, ob suas singulares gratias et varias virtutes quibus exornabat, de consilio et assensu Patrum, Magister Novitiorum institutus fuit, quod munus cum humilitate et resignatione magna suscepit, et tanta prudentia, solertia et vitæ suæ exemplo, sanctæ et cordis teneritudine administravit, ut erga Fratrum, etiam Professorum animos sibi conciliaret: Et quamquam in se asperus et severus esset, alios tamen ut potè Novitios et novellos professos eximia sanctæ et sinceritate hortabat, cum et pergrata alloquia esset, et spirali lætitia exultare semper; Novitios in summa pietate, timore Dei, modestia, mundi contemptu, sui despicientia, humilitate ac paupertate, mortificatione sensuum tam interiorum quam exteriorum, cæterisq; monasticis rebus quæ veros decent religiosos erudiebat et educebat, ut Reformationi suæ genuinos Dei et filios S. Francisci esse peperisse, agnosceretur, non tam doctrina quam exemplo vitæ suæ, manifestè in se ostendens humilitatis magnitudinem, zelum gloriæ Dei ac salutis animarum, devotionem in precibus recitandis, in Missis faciendis et cœlestium rerum contemplatione, ut videretur potius in cœlo conversari, et à se alienari atq; seu conjungi: Ipsa etiam compositione corporis externa et conversatione religiosa, intuentium oculos ad virtutem. Et cum hu

— nestate

nestatem alliciebat: Tertio anno magisteriatur sui in grauem morbum incidit, quem miti animo et resignatissimo sustinuit, ac restaurationis sanitatis gratia Cracouiam vectus, et postquam conualuit, non quidem amplius ~~Nouitiorum~~ magisterium officio in Nouiciatu functus ~~fuit~~ fuit, sed tamen nouellorum Professorum et Trium iuuenum vt potè studiis applicatorum vel applicandorum per totum tempus vitæ suæ, curam egit, nam ex industria propter vitæ suæ probitatem, pietatem ac zelum in promouendo bono Reformationis (quod vt plurimum in bona educatione iuuenum consistere censetur) in Conuentibus vbi vel Professorum nouellorum Fratrum erat, vel studia Philosophica et Theologica vigebant, Guardiano aut Vicariis instituebatur et collocabat, vt curam professorum ipsorum iuuenum haberet, et eosdem solidè vigilantia sua in disciplina regulari, et mortificatione retineret, quod quidem munus semper cum ingenti solertia, diligentia, cura, charitate, religiose et cum laude exercuit, et multis ad professum spiritualem et pietatem sectandam, author, extitit, maximè cum seipsum bonorum operum, et exercitiorum pietatis præberet ad imitandum exemplum abundantissimum: Magnam diligentiam semper adhibebat in iis quæ pprio vocationis vel obligationis erant; tranquillitatem secessumq turba ex professionis desiderato præstitit, an recte necne, certent ingenia, ideo raríssimè è Conuentu foras exibat. Feruidus erat in oratione et in diuinis pientissimus, tantoq spiritus feruore missæ sacrificium, præmissa semper sacramentali confessione, (cui singulis diebus Christi grauiinfirmitate prælpeditus) peragebat vt totus absorptus videretur in Deum Christum, tantoq feruore Ecclesiam petebat, Chorq pro diuino officio persoluendo iugiter interfuerit, etiamsi alio

quo

Genua debilis fuerit: Orationi flexis genibus quasi continuo vacabat, quare non minum quod complura cælitus dona, vi devotionis, paupertatis, asperitatis, patientiæ, abstinentiæ, modestiæ et fere omnium virtutum incrementa, acceperat; Lectioni spiritualium librorum et vitarum SS. intentissime vacabat et lectione orationem coniungebat et quod intellectu speculabatur, postea affectione et devotione exsequebat seu opere implebat; Post Christum speciali honore et cultu B.V. mariam prosequebat, ad quam colendam verbo et exemplo alios incitabat: Canticæ, Hymnos, Antiphonas ab Ecclesia in honorem Deiparæ Virginis decantari solitas, maxima cum devotionis affectu decantari solebat et potissimum Salve regina mater misericordiæ, sic semper decantabat ut extra se rapi videretur, Rosaria. Coronas etc nunquam omittebat: Sanctos oes debita veneratione colebat; Præsentia Dei ubiq delectabi et semper coram Deo cum timore et reverentia ambulabat, credens Deum ubiq esse præsentem, seq incessanter intuevi, unde mente et corpore illi placere semper, intime desiderauit: eam ob causam singula quæq opera quantumlibet minutia singulari devotione ad gloriam Dei faciebat; Finis finisq orum actionum et cogitationum illi, erat Deus, quidquid iniquam agebat, id totum pura divinaq possidebat intentio: hinc constantiæ puritate maxime delectabat, nec leve vel exiguum peccatum deliberato animo unqm cõmisit, imo oes peccandi etiam venialiter occasiones ex animo fugiebat, et a superflua hominum familiaritate, inanibusq colloquiis, ab inutilibus otiosisq occupationibus prudenter se abstrahebat, sollicitudini et silentio studiose vacabat; totum tempus utiliter ad laudem Dei expendere studebat; ac contra vitia viriliter certabat continuo,

Cum

Cum vero pvrbur esse quam videri mallet, pietatem non solum ipse plenissime exhibebat, sed etiam ex pectoribur aliorum abeuntem, vehementer zelosè. Vide fraterna correctioni multum invigilabat, ita vt si quem verba minus caute promentem, aut aliquid operis irreligiose seu indecenter agentem, audisset vel vidisset, continuo absq; personarum delectu, ab incepto discedere ingenti zelo et prudentia, monebat cogebatq; vel sagaciter alio sermonem convertebat. Ipse verò in sermone brevis, benignus, submissus et humilis, cautus erat, et anteqvam qvidqm loqueretur seipsum intrans considerabat iuxta doctrinam S. Bonaventurę: Vtrum deceret, liceret et expediret loqvi, considerabat inqvam, vtrum verba sua necessaria, et sine scandalo proferri possent et vtrum ad gloriam Dei spectarent: Vir fuit summa cum gravitate mitis, benignus, modestus, candidus, sincerus, moribus pvrbus, erga oes benevolus, concordię necnon disciplinę publicę seu Claustralis amator, bonorum ingeniorum promotor, zelans pro iustitia et aequitate depugnans: Nedum Regulę, sed legum et consuetudinum religionis observantissimus, omnibus ad oia beneplacita paratissimus, infirmis, senibus, et debilibus magnam exhibebat charitatem, et dono discretionis excolebatur, in conversatione et consuetudine cum iucundus et eo candore, vt nullius cordis et oris dissidium in eo cerneretur unqvam: hinc omnibus domesticis et extraneis charissimus fuit, summeq; apud oes gratiae et authoritatis: Denique ea fuit in Deum pietate vt avitę religionis Franciscanę cultor existens ferventissimus et in ea promovendą laboris patientissimus, vivum in se exprimeret exemplar: Superioritatis et privatę vitę, singularis forma esset

semper

semper. Insigni paupertate diuer erat, quam sic adamauit vt nullius rei vsum, nisi quem necessitas vel vtilitas exigebat, sibi applicaret, habitu nusqm̃ nouo vsus est, sed semper veterano, obsoleto repetiato, preter vestitum vel indumenta nihil vnquam habuit, et dum transiret ad aliquem alium Conuentum, nihil amplius preter Breuiarium secum asportabat. Humilitati vti ceterarum virtutum Parenti et altrici maximè studuit et optauit nesciri potiùs quam cognosci, et contemni magis quàm laudari. Nusqm aliquid se esse existimauit, nec opera et exercitia sua quamtumuis pia, apud se magnificiebat, sed oium ingratissimum et vilissimum se reputebat sine omni fictione, deprimebatq se infra oẽm creaturam propter Deum, oes bnes etiam eos qui se aliquando odio habebant sincera charitate diligebat, nullum despiciebat, de nemine male iudicabat, ea quid in aliis videbat vel de illorum statu audiebat, in meliorem partem interpretebatur, Panem supposito sacco humeros obtegim, maxime cùm esset superior, mendicabat. Fratribus iuniorib⁹ pedes lauebat, et quodq viliora obsequia pro occasione non abhorruit exequi. Propriam voluntatem omni studio in se mortificabat, et voluntatem Diuinam singulariter amabat et Dei amore libenter et prompte Superioribus in oibq quæ licita erant, obediebat, relinqns proprium sensum et abnegans seipsum in ôibq. indeq virtutem in religione in mxã tranquillitate transegit et tranquillitatem animi summum bonum eẽ censuit, ideoq ab omni ambitione semper alienus fuit et oẽm superioritatem, preeminentiam eẽ prelaturam abhorruit quam tamen Superiorum authoritate subire coactus, humiliter ãministrare non dedignabatur; nam officium Ordinis vti discretus et

Guardianatus. Vicariatus. Custodiatus frequenter fuit condecoratus: Porrò in Guardianatus officio constitutus, ita se semper gerebat ut vigilantissimi Pastoris, et pientissimi Patris partes expleret. memor sententiæ D. Hieronymi aientis: In te oĩum diligentiũ oculi, domus tua et conuersatio quasi in specula constituta, Magistra est publicæ disciplinæ. Hinc ipse Regulæ Statutorum, Diuinarum, observantia superabat ceteros, in alta specula positus vide alios videret et ab ijsdem etiam videretur, non solum ab oĩ malo exemplo, sed à quauis mali specie se cohibebat et à licitis sæpè abstinebat, ne videretur nimium sibi indulgere: magnamq; adhibebat diligentiam, in ijs quæ pprii muneris erant et non solum ea quæ grauioris momenti erant, et præcepto Regulæ et Legum observationi prescribebnr seu ordinebnr, studiosè curabat exequi, sed minimas quasq; res, exiguas observationes et cæremonias, opere complere per se satagebat: non enim æstimauit se magnum in virtutibus profectum facturum, nisi sibi minimorum curã cordi esset: sciebat namq; Christum minimorum obseruãm in suo obsequio magnificare et ab his perfectionem velle dependere, neq; sine illis magni habitis, perfectionem velle Deum in Snę religioſe producere vel eam largiri: Solidam enim virtutem (vt quidam ait) nihil quod gratum sit Deo, minutum computare, neq; consistere et absolutionem suam habere sine his ornamentis et coloribus, posse: Et certe vulgaris opinio fert: Si quem aut perfectionis maximæ studiosum aut perfectum iam fingere volunt hnĕ, non melius id exprimere solent, quam si dicant eum ne quidem minimum violare Regulam etc. nec minimum quod peccati speciem habeat, in eo animaduerti, nec minimum quid omittere

Minimam observantiæ adh.

re quod ad Dei gustum et gloriam facere potest: Pensabat profectus sui diligens dicta Ludovica Blosij mihi Spiritu agentis Qui propter Deum sensualitati voluntatiq; propriæ etiam in rebus minimis renuntiatur ac se mortificat, rem ipsi Deo magis gratam facit quam si multos mortuos ad vitam revocaret,: Et quia sæpius contingere solet ut in parvis rebus, major sæpe inveniatur abnegatio propriæ voluntatis, adeoq; major sit Deo holocaustum quàm in magnis: nam magnitudo mortificationis non ex rebus ipsis quales cunq; sunt pensanda est, sed ex sui appetitus ac voluntatis in contrarium invictæ victoria, quod victoria in parvis rebus sæpe major est et coram Deo magnanimum quà non vero magnus affectus per observantias minutorum in Deum proditur, non enim ut ait S. Ephrem ad actionem respicit Deus sed ad propositum voluntatis. Et non intuetur quid fit sed quo quid studio et intentione peragatur: Quare profectus sui teneritudine amoris Christi ductus, sic semper vitam suam componebat ut minima quæq; quæ ad obsequia Christi spectabant studiose observaret, non solum in maximis scilicet quoad observantiam mandatorum Dei (quia ut dictum, etiam minimam offensam Dei abhorruit) sed Missalis et Breviarij rubricas non solum præceptivas et directivas, sed minutissimas quasq; cæremonias ad amussim observavit: Regulæ non solum præcepta, sed minimas admonitiones, libertates, consilia: Statutorum quoq; minutas quasq; ordinationes cæremonias, rigide opere complere curavit, ita ut simulatem sibi in hoc casu suo tempore vix habere potuit: et hæc alia sicut et cætera maiora ex sublimi motivo scilicet ex puro amore amicitiæ erga Deum, non aliud intendendo quam ut illi gustum præberet, peragebat, ex quo capite per quam magnæ apud Deum dignitatis, illiq; gratiæ

multis

multo, aliis ex se longè præstantioribus operibus sed alio modo tamen sis bono facis: inde colligere licet, qualis fuerit perfectionis ne dicam sanctitatis, religiosus.

Quoniam verò quanto quisq; virtutis et perfectionis sit, clarius patere non potest quàm ex occasione aduersitatis: Occasio namq; (ait Thomas Kempen) hominem fragilem non facit sed qualis sit ostendit. Et probatur homo in tribulatione sicut aurum in fornace. Ideo præfato Patri non defuerunt multæ aduersitates et tribulationes, nam nonnunquam grauibus infirmitatibus corripiebatur, quandoq; à fratribus et discipulis iniurias multa eum pati necesse fuit: sed et recenter ante suam vltimam infirmitatem suam, verè magnum dolorem sustinuit quando sub regimine suo in Conuentu Stobnicen Fratres suos septem quos vt filios charissimos in Christo amabat, pestilentia infectos, pereuntes videret, sed ille tam istam suam tribulationem quam alias afflictiones suas, bono animo ferebat, et non aliunde quam de manu Dei, quamlibet tribulationem et afflictionem suam prouenire sibi pie credebat, et eandem fuisse Calicem benedictionis Diuinæ, quo Sanctos suos Deus in hac vita potare solet, censuit, nullus enim Sanctorum fuit qui non aut externam aut internam Crucem aliquam portare deberet: quare ipse Pater abiecta omni pusillanimitate, quidquid sibi tribulationis et aduersitatis euenirebat, vti de manu Dei ~~mitis corde suscipiebat~~ imò ex immenso amore Dei et pro salute sua (siue vt purgaretur à malis admissis, siue vt retraheretur ab admittendis siue vt materiam virtutis exercendæ haberet) immissas sibi credebat et proinde ob infirmitatem aquo animo humiliter et religiosissimè, sustinebat: Molestos sibi Fratres et se calumniis

aliquo

aliquando afficientes à Deo missos pie putabat, dicebat
cum David, Deus precepit ei ei quare nec aduersus tribulantes
se indignabat, nec aliquid amarum vel asperum verbum aliquando
protulit, multo minus de ultione cogitauit, imò benefaciebat his et ora-
bat pro persequentibus et calumniantibus se ecc unde nihil dissimum spe-
culum perfectionis in eo enituit, siquidem in occasione aduersitatum
pacientissimus et resignatissimus semper fuit. Et verè religione
pietate ac sanctate viris Apostolicis par esse videbatur.

Cum vitæ suæ curriculum maxima cum integritate morum
sanctate transegisset, peruenit ad Desperam in Comit. Styriacens,
vbi Guardianum agens, Fridburg, pestifedis et morientibus (non
sine cordis sui dolore et mœrore quos vt filios charissimos acerba
morte eripi sibi videret) cum maxima charitate ministrans, infectus
ipse atq. graui morbo correptus, in lectum decidit, et max in ni
hio infirmitatis suæ (quam extremum vitæ suæ terminum esse certo
præsentiebat) ferendas ad tribunal Dei rationes vitæ suæ, per
amaram Contritionem, puram, dolorosam et amorosam Confessionem
generalem peccatorum suorum, atq. per deuotam sumptionem Sa-
cramentorum, ante obitum vitæ et diligenter composuit, defendas
sua errata diuino sanguini Christi obiecit, dum facilè in calculos
felicer ducta est, cuius initium (cuiusnam scilicet) timor Dei,
prouectum vigorem, religio et amor Dei, virilem integritatem
pietas, senium denig. totius probitatis et pietatis maturitas oc-
cupauerat, atq. pro humana fragilitate bene disposito, ac Deo
reconciliatur, mortem nihil timendo, quia nihil in vita sua timen-
dum commiserat, et siquid fuit, iam Deum reconciliauerat, cito fu-
turum occasum vitæ suæ expectabat, sed cum præter spem et
opinionem, per aliquot dies detineretur, hunc ingrauescente morbo

tanto

morbo, tanto amplius seipsum contra ictum mortis, per quotidianam peccatorum Confessionem et piam susceptionem Sacramenti Corporis (quibus viua fide, firma spe, amore Dei inflammatur quotidie ut in Christum totus absorptus videretur) se munibat: frequenter affectibus et actibus fidei, spei, Caritatis, contritionis, resignationis ac animam suam recreabat, et in Deum se affectuose elevabat. Nihil illi gratius fuit in sua grauissima infirmitate et intensis dolonibus, quam de Deo et coelestibus rebus loqui et audire: Demum Demum immediate ante suum obitum, vocari ad se fecit P. Prædicatorem Loci Confessarium suum quo presente leuauit se de lecto, resignauit eidem officium Guardianatus, et mox mira de Deo et coelestibus bonis, tanto pietatis affectu loquebatur ut stupesceret P. Prædicator huic audiendo, et sermonem suum finiuit verbis ss. Tædet animam meam vitæ meæ: et post pusillum, iam morior valete et orate pro me, et decumbens in lecto, satis denuo et affectuose cœpit cantare P. Laudate Dominum de coelis, et impeminans sequitur Laudate. Laudate in cymbalis et organis, quæsi extra se raptus viribus deficiens, placide expirauit, et videbatur non tam vi morbi, vel impetu mortis, quam feruenti desiderio coelestis Patriæ actus et affectus obdormisse, et qui magis coelo quam mundo vel sibi viuebat ad regionem Sanctorum (ut pie creditur) diuer meritorum, pietatis et sanctitatis suæ præmia accepturus, ab eo qui est retributio iustorum, non sine maiore et dolore totius Provinciæ, migrauit, octavis ferè sexagenarius, Reform. 25. et apposituræ ad suos Fratres in Cœmeterio Eccliæ Stobnicen quiescat, ubidem felicem renouationem ad immortalitatem æternam expectat. Anno die ut sup.

Appendix Breui post suum obitum præfatus L. Bernardus, apparuit in somni quiete Patri N.N. Confessario suo lætus et iucundus, affirmans se in refrigerio æternæ iucunditatis vivere, sed post mortem aliquantulum pœnis purgatorij sentire debuisse.

Ordinarius Prædicator Conu Strobnic et Confessarius pfati L Bernardi, cum fideliter pestiferis Fratribus in Spachibus inservisset. Sperans breui eadem labe pestis infecturum et morturum optauit suum demortuum corpus medium inter corpora L. Bernardi et F. Ludouici Clerici in sepulchro deponi (quos ob innocentiæ vitæ, puritatem conscientiæ, multo magis piissimam et sanctissimam mortem cum Christo regnare pie credidit) existimans quod ex ipsa approximatione corpuum eorum, alleuiationem in purgatorio sentire debuisset anima sua. ✓ ✓

Die 4 Decembris anno vt supp. Frater Thomas Sigismundus Cortinei Clericus Professus Reformatæ, mihis et multis, omnibus ff. amabilis et gratiosus immaturo obitu erepsus est. Qui statem adhuc impuberem manuetis primum studiis, virtuti gloriæ et honori in Alma Academia Cracouien nutriuit, deinde adolescentem, Reformationi nræ in pietate enutriendam addixit; Sed dum in religione vita et innocentia morum florere (studiosus philosophiæ factus) cœpisset, in ipso flore adolescentiæ suæ (vigesimum annum vix attigeret), nimis immature a corba mortis falce pestilentiæ sublatus est, et sic fato perceptus nondum maturo (præmissa Sacramentorum deuota perceptione) properauit è vita discessum vt tempestiue agni nuptiis adesset, anno dicto vt sup Rebyronis. 3. Atq, in Cœmeterio Ecclæ eiusdem Strobnicen addictus apposite quieuit in Dnō. Anno die vt sup

In Cœmeterio Ecclesiæ Conuentus Stobnicen. vbi præfatorum Fratrum pestilentia sublatorum corpora, Dei cem iuncunditatis Dominicæ et SSmam vitam expectant, posita est Crux magna lignea, cui affixum Epitaphium vt sequitur, cernitur.

D. O. M.

Pia memoria

Religiosorum Patrum et Fratrum nouem Guardiani, Viciarij aliorumq. Cœnobii Stobnicen. Reform. S. Francisci

Qui

Pestilentia communi Christi 1682, sublati, hic iuxta Crucem gradatim depositi, nouissimam hubam in resurrectione expectant. Haber Viator.

Mortalitatis speculum, Pietatis officium, Commiserationis argumentum, Regularis Ordinis Lucrum.

Tot funera in vno funere.

Pie Jesu Domine dona eis requiem sempiternam.

Anno Dni 1693. die 18. Mai. P. Pater Fr. Antonius Miaszkowic Confessarius, religiosus himens Deum et de Religione bene meritus, sera post fata decessit: Vnus erat ex eis Patribus zelosis qui Reformacione Conuentualium destructa, zelo puroris observantiæ regulæ genuinæ S. Francisci ad nam Reformacionem (cuius odor sanctitatis iam per totum Regnum Poloniæ fragrabat) transiuit: Vbi magno spiritus feruore nouum vitæ genus aggressus est

1693

P. Antonius moritur

esset, quàm vagetiamvis maior, et post Novitiatus rigorem professus omnibus exercitiis Reformationis nrae ex animo se applicuit: Disciplinis, pœnitentiâ, devotione, caeterisq piis exercitiis et operibus delectabatur fuit: Professionis et Vocationis suae amantissimus cultor exhibit: Sed praeter alia orationi multum vacabat, nam praeter quotidianum persum Divini officij, quod quidem cum maxima attentione, intentione et devotione recitabat, et praeter Missam quam quotidie summo pietatis affectu in Deum praemissa confessione Sacramentali celebrabat, quotidie septem Psalmos Pœnitentiales, Graduales Officium defunct: Coronam vel Rosarium Virginis gloriosae Mariae (quam semper speciali cultu colebat) flexis genibus, recitare consueverat. Erat mediocris naturae, robustioris complexionis, unde quamvis pœnitentiae penas sustinere poterat, quod ille praenascens suum corpus singulari quadam abstinentia, immensis laboribus, disciplinis ex flagellis, cilicio equinis è crinibus confecto, catenulis ferreis aculeatis, affligere et spiritui subjicere frequenter satagebat: Humilis item erat et vitiosa quaq; claustralia munia, seu obsequia, etiam Guardiani vel Vicarij existens, non abhorrebat: Honestissimus quoq; cum esset, consortia mulierum summopere fugiebat solebatq; dicere, quod omnia pericula et occasiones peccandi (adjutante Deo) facilè devitare posset, iam verò ex consortio et familiaritate mulierum, periculum incontinentiae subire, non audere, nec securum se esse ducebat, et propterea eis occasiones conversandi familiariter cum feminis, abhorrebat: quia verò magno zelo salutis animarum flagrabat, proinde circa Confessiones Sacramentaler excipiendas, indefessos subibat labores: Stis et similibus bonis exercitationibus et bonorum operum officiis, Deo et Snibg

grata

gratus exhibit: Quanto autem virtutis et perfectionis esset à Deo per infirmitatem probatur fuit, nam Dei voluntate incidit in grauem et letalem infirmitatem, cuius cum sentiret molestiam, intellexit pie, easdem esse (iuxta sententiam D. Gregorij) pulsus Dei visitationis sibi mortem nunciantis, quare vti de manu Dei, immissas grauitates eo dolore mortis sui, patientissime et resignatissimo animo velle sustinere, imò extremam mortem subire, initio morbi protestatur est, ut vero pulsanti Deo aperire et eum cum amore suscipere paratus se ostenderet, statim initio morbi sui per contritionem dolorosam et confessionem lachrymosam, deuotamq; susceptionem Sacramentorum ad occurrendum lampade non vacua se dispositit; et cum quinta die infirmitas sua ingrauescere, praesentiretq; iam iam sibi imminere mortem, serio Fres infirmarium admonuit, quatenus Fres citi conuocaret vt se adiuuarent ad felicem exitum de hac miserabili vita, ad aeternam felicitatem, Oleo sacro citò vngerent, et Deo animam suam per piam precem commendarent, quare (absoluta Nona diuini officii in Choro) accurrentibus et adstantibus Fratribus, integris sensibus existens Oleo Sacro vnctus est et ad quamlibet vnctionem actus contritionis et amoris diuini deuote et cum maximo pietatis affectu eliciebat; Post sacram vnctionem, surrexit de strato, et resedit in sella et cum Fratribus 7. Psalmos, Litanias et commendationem animae eius dicentibus, orauit, integris sensibus sensum orationum percipiens, et verba in Litaniis dicendis proferens: Finita commendatione animae suae, et à Fratribus exoratorum suorum venia humiliter petens, in sella sedens et cathedram benedictam tenens, pacifice expirauit: Atq; sic flendo veris tempore, inexorabilis libidine mortis falce messus atq; feraliter dimitus cupresso, druer, dilectior virtutibus, quas ei post funera

intumulata

intumulata, reliquit, inimica fatis, concessit: Corporis mortalis exuuias in comuni Fratrum Sarcophago Ecclesiæ S. Casimiri Cracouiæ, post diem resurrectionis animaturas, deposuit. Anno die vt supra

1654. die 2da Mai. Fr Hiacinthus Pruorscensis Prædicator Conuentus Premisliensi, pietatis religiosæ auidissimus, præsenti seculo valedixit: Fuit alumnus Reformationis nrę et status sui observantissimus, qui adolescentiæ suæ annos in Alma Academia Cracouiensi studiis lrārum et Philosophiæ Aristotelicæ, non sine multo profectu, impendit: adhuc in illa ætate, pius, deuotus, modestus existens: Eius egregiam animi indolem, honestis excultam moribus et disciplinis lrārum expolitam Viri Academici suspicientes, adolescentem, non tām se ingerentem, quām coactum prima Laurea condecorare non dubitārunt et Baccalaureum Artium creauerunt, tali honore et promotione ad maiores progressus in studiis eum prouocantes, consequenter ad maioris gradus Academicos successu temporis obtinendos, eidem bonam spem faciendo: sed ille spiritus S. gratia illustratus, postposito tanto honore, spretis sæculi huius illecebris, vanitatibus et fallacibus promissionibus, Deo se in Reformatione nra recenter consurgente deuouere, decreuit, et primus fuit ex alumnis Academicis, quem Reformatio in sua iuuentute Chrō peperit, Conuentusq Cracouien recenter possessus, salutauit: qua in Vocatione sua, tanta bonæ indolis honestate pollebat, cæterisq virtutibus præstabat, vt boni religiosi speciem de se daret: Fuit in cultu Dei Omnipotentis feruens, in regulari observia exactus, in exercitiis religionis exequendis promptus: In Conuersatione exemplaris fuit, alliss.mis quibusq amicis, P. Hiacinthus Prouorscensis

1653. 23 Juny F. Victorinus Labacen Dalmata Laicus, egregius infirmarius Conuentus Fr. seruitor, eximia enim cum charitate et summa diligentia munus infirmarij sustinuit, sed et aliis virtutib. enitebat, q tandem morbo grauatus pcepit sacramentis pie defunctis, in Conu Crac et ibidem sepultus, anno et die vt sup

humilitatis, obedientiæ, et mortificationis, amator, orationis et pietatis cultor eximius, cæteris ad hæc virtutibus illustris, unde cham omnibus fratribus amabilis et gratus erat. Ob suam egregiam doctr, et conversationem probam ad SS. Ordines citò promotus, et Sacerdos Varsaviæ consecratus fuit, ibidemq in Conu S. Antonij presente Serino Rege Sigismundo III. et totâ Aulâ Regiâ, ac primam Missam, Musicis S.R.M. psallentibus, decantauit. Breui postea Predicator institutus, pro sua in Deum pietate, et Ecclesiam (quam semp piè coluit) cultu, et pro sua erga Religionem observantia, de qua p viribus bene mereri studuit, non alium scopum ingenij et indolis sue, non aliud institutum vitæ habere voluit, nisi Deo, Ecclesiæ Religioni seu bono cõmuni toto vitæ suæ tempore, seruire et obsecundari; quo verò modo fructuosiùs id exequi valeret, maturè deliberauit: atq inter alia, cuiuscunq boni et zelosi religiosi, non postremum munus esse iudicauit, Prædicationem et dissemincationem verbi diuini, quiuerus est animi cibus, sine quo, non modo nitescere, sed ne quidem ali anima cuiuscunq fidelis possit: Cognouit item ingeniose, multa in quolibet Concionatore desiderari, nempe vitæ parem, animum plurimarum rerum et virtutum capacem, studium et doctrinâ insignem, experientiam grauem, facundiam seu eloquentiam dulcem, vigiliar nocturnas, laborer indefessos, deuotionem, pietatem etc quibus omnibus se carere humiliter animaduertit, fortè tamen animo in Christi D. Principis Prædicatorum confisus auxilio, hoc tàm nobile et diuinum Prædicationis munus et onus (per quod scilicet, ignaris lux veritatis affunditur, animi ad virtutem inflectuntur, à vitijs detorquentur, hæres ab inferis eripiunt

cælo

celo inseruntur) amore et zelo Dei ductus, humeris suis sustinere, peroptauit, memor profecto sententiæ D. Gregorij, quod nullum Omnip. Dei par esse sacrificium, zelo animarum: et S. Dionisij areopag. Omnium diuinorum operum, diuinissimum est cooperari Deo in salutem animarum; quare de licentia Superiorum deuotè et humiliter se tanto muneri Apostolico, totius Sacerdotij sui vitæ applicuit, et ex ofsto variis in Conu Prus tantum onus cum laude sustinuit, neq. sine notabili animarum fructu, multis enim exhibit Pr. dicationibus suis causa salutis et profectus spiritualis: Nec minimè cum sermones suos postpositis inhibitum quæstionibus, capacitati suæ et auditorum accomodare probè nouerit, vt potè de necessariis ad salutem de virtutibus et vitiis, de infernis et celo, de Sacris eloquiis, de montis salutis et de lege Dni: et quod maximum, ipse in se prius exprimere moribus et vita exemplari, niteretur quod aliis è suggestu prædicaturus erat, iuxta doctrinam S. Pauli. Attende tibi et doctrinæ. Et S. Ambrosij qui ait. Ante vita quàm doctrina quærenda é. vita enim bona sine doctrina habet gratiam, doctrina verò sine vita integritatem non habet: quamobrem id quod D. Hieron. grauiter monet? Non confundant sermones tuos opera tua, ne cum in Eccla loqueris, tacitus quilibet respondeat, cur igr hæc quæ dicis ipse non facis? religiosa vita sua et conuersatione pia sedulo obseruauit: Et primum se ac deinceps eorum Deum semper præbuit, et via quacunq. ad seruitium et cultum Dei, etiam minutiora, spectabat maximo cum feruore explebat: Inter cætera, Rubricarum, cæremoniarum Missalis et Breuiarij studiosissimus explorator, et observator exhibit, (Rubricellas pro Choro Prus et Stum vsu diligenter et solerter quolibet anno ordinabat). Ergo proximos charitatiuum

officio-

officiosum et exemplarem se in oibus prebebat: Ergo Superiorer humilem et obsequentem se exhibebat: Preceptorum diuinorum, Regule, Legum et Ordinacionum Ordinis seu Fris egregius executor fuit, maxime vero cum officium Predicatoris subiret, oia precepta et ordinaciones Superiorum et Statutorum pro Predicatoribz ad amussim obseruare nitebr: Diuinis in choro prescripto tempore deuote assistebat cum Fratribus, et ex abundantia pietatis, omni tempore cum Predicatorem ageret, quandocung diebus Dominicis et festis, (quibus verbum Dei annunciare necesse habuit) videret defectum Fratrum in choro p cantu (ut sepius accidit), chorz sponte sua, aut à Superiore inuitatur presentialiter ipso adiutorio psallentiu adesset, et tamen Predicabat, confessiones excipiebat (etsi opus erat) missam Conuentualem cantabat, cum mxo exemplo Frum et Comunitatis leuamine, ideoq ob hanc suam prumptitudinem, actiuitatem et dexteritatem, eius cosebitaonem Superiores Locales, exoptabant, his et multis aliis virtutibus fuit exornatus luxit Fratribus et fidelibus populis; tandem meritis plenus, longa grauatus infirmitate, quam patientissime tulerauit, premissis Christiani mis et religiosi viri muniis, receptis Ecclesie Dei Sacramentis, pie et in Chro vita functus, etatis sue quinquagenario maior, religionis 30. die et anno ut sup, atq in eodem Conu Predmistica honestta sepultura cosepultus est.

1633. die 12 obris Fr Didacus Myghowic Laicus Sartor, iuuenis etate, canus virtute et grauitate morum, pauperta-tis, humilitatis, obedientie ac regule obseruus amans, maxime Sanctitatis erga Fres et pcissimum Chm Dm quod ad suum Sartoria officium spectabat, diligentissimus, etiam rogatus, vbi solum cognouisset necessitatis Fris cuiuscung libens subueniebat. Hic cum

in vinea

in viridi ætate sua pestilem contraxisset et non modicum infirmitatem lecto decubuisset, sumâ cum patientia suam infirmitatem amore Dei sustinuit, tandemq; Sacramentorum antidoto munitus, obdormivit in Dno in Conu Crac et ibidem sepultus, anno ætatis suæ 76, relig. 8. Vixit sat satis, quia bene

P. Simeon morith.

Eodem anno, die 21 Decembris in Festo S. Thomæ Apostoli Indus Fr Simeon Stavinius, Vir simplex et rectus coram Deo et hominibus omni tempore vitæ suæ, plenus dierum et meritorum suis mundo in Conventu Vielicen, valedixit.

Vir erat humili quidem loco natus, nempè in Oppido Staw in Maiori Polonia, indeq; à natalicio loco dictus erat Stavinius, non adeo doctus vt potè qui vix rudimenta humanorum studiorum attigerat, ob naturalem tamen dexteritatem, et solertiam in agendis tum ob probos mores, experientiam probatam et conversationem bonam à quodam nobili Illmo Polono adamatus et ab eo super quasdam possessiones suas Præfectus seu Œconomus constitutus fuit, in quo officio cælibem et honestam vitam agens, satis industriosè fideliter, prudenter et cum gustu et complacentia Dni sui, se gessit; sed cum esset timens Deum et rectus corde ac recedens ab omni malo, altiora Dno placuit, cuius speciali gratia illustratus, tædio vitæ sæcularis affici cœpit ac protinus mundo et pompis eius atq; carnis illecebris abrenunciare, et servitio Dei se consecrare, peroptabat, sed recusante suo Dno eum dimittere eo inuito, Cracoviam ex Maiori Polonia veniens, habitum nov Religionis Reformatæ in Conventu Cracoviæ ad S. Casimirum, ipso die Sacro Purificationis B. V. Mariæ cum devotione, suscepit, 1630 nomen q; S. Simeonis Senis accepit, scilicet vt eundem vt ipse iam

gerendo

grandaeuus (quadragenarius fere erat) in pietate ac deuotione, moribus sibi in exemplar propositum, sedulò imitaretur, quod etiam egregie perficere quantum possibile erat, toto vitæ tyro, non neglexit. Post suam incæptionem, medium probationis sub annum in Conuentu Vilicen laudabiliter et exemplariter peregit, postmodum vò Voluntate Superiorum ad Conuentum Casimiren, missus, ibidem finito anno probationis integro, professionem solemnem emisit. Erat quidem grauis ætate, sed in explendis religiosis exercitijs et mortificationibus vt iuuenis feruens, promptus et alacer, apparebat, Pietatis, deuotionis et oreonis maximus cultor, nam præter solitum et obligatorium Diuinum Horæ officium, quotidie post Matutinas preces (nisi legitimè impeditus) genuflexus Psalmos Pœnitentiales, Sæuolet. Coronam seu Rosarium SS V. M. et alteras extraordinarias deuotiones recitare deuotè solebat quotidie! Sacerdos verò factus, multò magis in pietate deuotione et meditatione cœlestium bonorum occupabatur et SS. Missæ Sacrificium, præmissa summa animi demissione, præparatione ac frequenti Sacramentali peccatorum Confessione, cum pietate maxima, celebrabat: et maximè cum per aliquot annos patiebatur capitis dolorem et vertiginem, vnde SS. Missæ Sacrificium, summa cum anxietate et debilitate peragere debebat, nec tamen ob id omisit celebrare Sacrum vnquem! et qá pientissimus et deuotissimus erat haud mirum fuit, quòd diuinitus multis gratijs condecoraretur! Erat etiam grauis moribus ac optimæ conuersationis, benignus, affabilis, mitis et humilis, paupertatis Franciscanæ amantissimus, obedientiæ promptus amicissimus, singulari puritate et honestate decoratur! Abstinentiam summè colebat, nam

præter

præter Ecclesiæ Regulæ consueta ieiunia, quæ strictè et acta-
musim observabat, singulis Sabbathinis et Vigiliis B. V. manè,
in cervisia et modico pane, in honorem Virginis gloriosæ Mariæ,
(quam semper summa veneratione et pio cultu prosequebar) ieiuna-
bat, disciplinas extraordinarias, catenulis ferreis acutissimis, vigiliis
carnem suam domabat et spiritui subjiciebat; ex humilitatis devotione
ad eò obsequium etiam velissimum promptum se etiam Superiorem a-
gens, asserebat, ob suam enim egregiam virtutem et zelum observantiæ
Seminii Sacerdotalium, Præsidentatum, Vicariatum administravit, in quib.
officiis laudabiliter se et exemplariter cùm eum omnimoda satisfa-
ctione Fratrum semper se gesserat. Patientiâ enim exhibuit in multis
suis et frequentes debilitationes et infirmitatibus quas semp humili et
resignato animo perferebat, sed vel maximè in sua se patientia firmi
ostendit, cum Suecicus exercitus hospitaliter Conventum Vilicen occupasset
et depraedaretur, eo pro hunc ut infirmo in lecto decumbente; Cum enim
superior loci ad securiora se recepisset ubi Præsidens Loci relictus
multa ab Hæreticis militibus perpeti debuit, nullaque Sabita senilis æ-
tatis et infirmitatis gravissimæ ratione, ab eisdem contumeliis multis affi-
ciebatur, terrebatur, percutiebatur, pungebatur, aliis modis injuriosis
volenter adigebat ut haberet Ecclesiæ utensilia, quæ tamen ille
omnia constanti animo, patientissimè imò gaudenter pro Christi amo-
re sufferre visus fuit: et tàm crudeler Hæreticorum tractatus eidem
mortem accelerarunt, nam brevi post Sacramentis munitus pie ob-
dormivit in Dno, et in eodem Conventu sepultus clangorem tubæ ex-
tremi judicij denunciantis, expectat.

1650. d. 28 Martij. V. Pater Emericus Bacouius, annorum plenus, virtutum et meritorum diues in Conuentu Leopolien ad S. Nicolaum, obdormiuit in Domino.

P. Emericus Martij

157

Erat Sacerdos ~~religiosus~~ ad legem Euangelij, Religiosus ad normam Regulæ compositus, in quo vitæ Sacerdotalis exemplum educebat: singularis item Religionis decor, in promouenda Regularis observantia et bono Reformationis peculiaris zelus, morum suauitas, adhibendis dignitas, humanitatis et benevolentiæ mira in omnes promptitudo, fulgebant in eo: Tam ob causam officij Guardiani, Præsidentis, Vicarii frequentis exemplariter sustinebat: non erat quidem doctus et eruditus, at maturus iudicio, præstans consilio, prudentia et dexteritate in agendo illustris, et in omni expeditione circumspectus et admirabilis, vt potè qui experientia rerum Religiosam conversationem eximiè exornatur esset, in aduersis rebus infractum, in prosperis cautum animum, tenebat: Supra oia veri pietate in Deum insignitus, humilis, patiens, obediens, charitatiuus, deuotus ac per omne tempus vitæ suæ optimæ conuersationis et exemplaris honestatis exornatus fuit: Conscientiarum indefessus arbiter, infirmantium, afflictorum et morientium præclarus erat consolator et maximè Leopolien Ciuitatis incolis, vbi morum Sabbatinis brevi, fuit semper gratus et amabilis. Qui tandem in morbum lethalem incidens, post peracta circa se oia quæ in tantum iter immortalitatis necessaria erant. Religiosissimus hic Pater Viatico sacro et Extremæ Vnctionis Sacramento præmunitus, decessit è vita anno, die vt sup, ætatis suæ 60 maior, relig. 32: Cuius exequiis

tota

hita fere Ciuitas Leopolien interfuit et in elevatione corporis
eius ad sepulturam, tantus fletus promiscue plebis exortus fuit,
vt vix possibile sit enarrari, cesq prium et clamum Deo et
hominibus proclamabant: In sepulchro Fratrum honestissima se-
pultura cohonestatur fuit.

Eodem anno d. Pr Thomas Kozaczkowic Graecen
Praedicator Casimirien Conventus, praesentem vitam cum futura celesti
cõmutauit

Vir erat, honestis et pijs et locupletibus Parentibus in Ciuitate
Graecen natus, cuius Parens inter Primarios Ciues et Consulares viros
annumeratus fuit: Mater verò eius vti altera Monica sub potestate
Viri constituta, mulier pia, deuota ac timens Deum erat, quae in
omni vita sua nihil magis timuit et abhorruit quam peccatum et offen-
sam Dei: et cum sic Parenter essent timentes Deum, filium suum in omni
pietate et timore Dei ac honestate morum, in bonis litteris honestis imbu-
endum in Parochiali Schola, curauerunt, postea verò ad Academiã
Cracouien maioribus studijs expoliendum, destinârunt, vbi studijs
vacans Dei speciali gratia illustratur, vt seculi vanitatibus et
carnis illecebris expeditius renunciaret, Reformationis nrae institu-
tum, susceput et aptum se omnibus exercitijs religiosis, reddidit,
Professione emissa Philosophico studio applicatus fuit et Sacer-
dos factus, ac postmodum officio Praedicatoris functus: Honestis
castus, et sobrius fuit, fortis robore, natura semper latus et iucundus
et ad quaevis negotia pagenda dexter et industrius extitit, ideoq
non solum Fratribus, et secularibus, sed etiam Prelatis religiosis
amabilis et gratiosus erat, qui eum in socium itinerum suorum

sæpius

sæpius adhibebant; Quia verò plerumq; et in electissimis amicis
suis aliquid semper vitij Deus residere permittit, unde vulgo dr
Rara sunt vitia, quæ careant nisi is pfectus Pater vt plurimum ad
iram et indignationem promior fuit, et ~~vtcunq~~ Superioribus Localib⁹
molestum se, irreuerentem, immorigeratum sæpiùs præbuerat, atq;
propterea seu eam ob causam ad nullum officium honorificum pro-
moueri quiuit, de cætero multis vitijs fuit, neturq; ea gratia erat
decoratus: Dum igitur Prædicatoris officio fungeretur in Conu
Casimirien, incautus incautè cuiusdam personæ peste infectæ excí-
piens Confessionem, ipse infector in grauem et lethalem morbum
incidit et continuo per dolorosam Confessionem et Sacramentorum deuo-
tam susceptionem ad mortis ictum se muniuit et præparauit, Et toto
temporis infirmitatis suæ amarosè ~~et~~ ingemiscebat, dolendo, quòd inxē
aliquando erga Superiores irreuerentem ac rebellem se præbuerat,
etenim vicinus morti hac occasione ab hoste maligno desperatione tenta-
tus fuit, contra quam tentationem acriùs fidei, spei, amoris diuini,
Contritionis amorosè se munire non negligebat: Atq; sic pio et
religioso animo, munitus Sacramentis et piis affectibus, animam
Deo creatori reddidit, et in eadem Conu Ecclesia sepultus anno
et die vt sup

1637. die prima Martij, P. Josephus Rekleus F. Joseph
Laicus nonagenarius, à crudelissimis hæreticis Caluinistis in con- Laicus occisus
uentu Premisliens S. Antonij Paduani crudeliter et feraliter in
odium fidei, occisus est.

Cum enim eodem anno Georgius Rakotius Princeps Transsyl-
uaniæ

uanica Caluinistæ professionis, ex Vngaria finibus Regnum Polonia hostiliter ex insperato inuasisset, exercitusq; eius Ciuitatem Premisliensem vbi primum occurrens Fortalicium, oppugnaturus obsedisset, Conuentum nrum S. Antonij Paduani extra Ciuitatem positum occupârunt et vastauerunt, ibidemq; Patrem Iosephum Laicum nonagenarium (qui cum aliis Fratribus ad Ciuitatem securitatis causa confugientibus fugere detrectauit, siue confidens suæ canitiei hostes parciturj essent, siue (vt aliqui affirmant) vt pro fide Catholica occideretur) reperientes, sine vllo respectu senilis ætatis, impetu in eum facto crudelissime ac tyrannice caput eius vsq; ad cerebrum præciderunt, iacentiq; in terra iam semimortuo vtrasq; genas faciei æqualiter ex vtraq; parte quasi studio una cum dentibus præcidentes, crudelissime vere in odium fidei vt potè hæretici, interemerunt; Hunc Fres soluta obsidione sic interemptum in Conu inuenientes, honorifica sepultura non sine lachrymis donârunt, Neq; tamen impunè cessit scelus patratum auctori, Iusta enim crudelitate ipsi hæretici sanioris mentis offensi, principalem tanti facinoris autorem (vt vulgò spargebatur) decreto militari, iaculis bombardarum, discerpserunt.

Refertur Fr. egregius erat vir, qui adolescentiam in Aulis magnatum maiorum Polonis enutriuit et multorum nobilium primariorum, ob singularem morum elegantiam et in rebus gerendis prudentiam et dexteritatem, experbus fuit gratiam! Et dum à vitiis et cœnitiis mundi puram seruare cuperet animam, in flore iuuentutis suæ, vitam religiosam ducere præelegit et primi Pp.

Conuent'

Conventualium institutum professus, vocationis suæ ac totius honestatis religiosæ semper amator fuit: Cum verò inter PP. conventuales exorta fuisset suo tempore Reformatio, ille cum cæteris zelosis PP. et FF. eandem amplexus, toto tempore satis exemplariter in illa vixit, eadem postmodum Reformatione extincta, cum zelantissimus perfectæ Regulæ observator esset, de legitima Superiorum licentia ad Reformationem viam hanc exurgentem, transiit, sexagenario maior et Novitiatum strictè peragens professionem super genuinam Regulam S. Francisci, emisit: In quo quidem statu senilem ætatem præferebat, sed ubi invenis totius perfectionis et virtutis culmen attingere haud negligebat, nam statim cœpit ad amussim viam mortificationis tenere et pœnitentiæ operibus se exercere; puritatis item, fervoris (cum vix esset senex) continuus oratorius fuit amantissimus; paupertatis, abstinentiæ cultor eximius nam solo habitu contentus, tunicella interiori etiam frigidi temporis nisi peregrè constitutus vix aliquid utebatur, hinc [illegible] invicuè gloriabatur senex, quòd plus quam per 60 annos tunicellâ vinum usum habens, eandem integram servaverit: Cibum et potum parcissimè vix ad necessitatem naturæ sumebat, sæpiùs biduo, triduo abstinebat, à vino et potu et quibuscunque inebriari potest perpetuò abstinuit, excepta gravi stomachi infirmitate, hunc enim vino adusto tàm parce utebatur ut vix ad stomachum aliquid de illo potus intrare posset: Semper lætus facie et animo, ad pœnitentiæ professionem in senili suæ ætatis fortis, tàm domi quàm foris honestus exemplaris fuit et ideò fregratius in socium etiam

à gravib.

grauibus Patribus pro itinere faciendo expetebatur. Patientissimus erat in suis grauioribus et frequentibus doloribus!
Cumq sic per annos fere duodecim satis laudabiliter in Reformatione vita vixisset, mansissetq in Conu Leop., graui tentatione et insidijs hostis infernalis impetitus fuit, qui et statum sui moderni et obseruantie Reformate tedium et simul pristine inter fumentucler, maximum desiderium, iniecerat, qua tentatione victus palam dicebat, suam professionem inualidam ee nullog modo se in Reformatione perseuerare posse, neq aliter saluandam animam suam nisi inter Patres Conuentucler sub ad quos proinde regredi sibi necessum esse, aiebat. Cumq hec sepius aliquanto tempore, tum vel maxime quadam die pro more idem instanter repeteret, Patres Conuentus illig, omnibus modis eum quietare conabantur et multis rationibus et persuasionibus tentationem friuolam et frustraneam esse, impossibilemq regressum ad Conuentucler ostendebant, non acquiescit ille imo ira maiorem in modum concitatus furiose presentem statum suum detestabatur, sibi et Reformatione fere maledicebat, sicq in suo eo furore ad cellam cubitum perrexit (deprecabun interim Fres pro eius anima Deum vt ab hac pessima tentatione soluereturr) vbi decumbens in lecto eadem ruminabat, excogitans modos qualiter ex Reformatione ad Conuentucler redire posset, sic malignis cogitationibus occupatus in somnum modicum duxit et surgentibus Fratribus pro Matutinis precibus, ipse surgere (cum aliqr semper aderat Matutinis) contempsit. Jamq Fres dicto Matutino in Choro Meditationi solito insistebant, cum ecce eidem apparuerunt

ruerint visibiliter cacodæmones in horrendis et terribilibus
bestiarum formis, qui eum opprimentes in lecto ad infernum barathrum
pertrahere conabantur, quibus spectris perterritus inclamabat fra-
tres ut se adiuvarent, nullo autem fratre adveniente, qui in cho-
ro occupatis, conturbabatur et afflictur graviter à manibus Dæmonum
forte fortuna eundem, ex cella egressus voce alta et lacrymabi-
li inclamavit ingeminando. Adiuvate, adiuvate me Fratres amore Dei,
hac modo voce terribiliter Fratres in choro existentes, audierunt accur-
rentesq. cito in dormitorium eundem Fratrem totum conturbatum afflic-
tum et fere semimortuum reperierunt, quo confortato, cum paulisper
respirasset, interrogatur quid circa se factum esset, quod tam terri-
biliter inclamaret et turbaretur, totus pallidus et tremefactus to-
tum aperuit, quomodo scilicet, ob suam pretensam professionis recla-
mationem et præconceptum reditum ad Conventu cler. rō ob verba exe
crenda vesperi ex impatientia prolata, à Dæmonibus exagitatus visi-
biliter fuerit et quomodo ad infernum barathrum quod iam apertum
sibi patuit, traheretur, et quomodo maximè à Dracone terribili et grandi,
ore hianti deglutiri tentabatur, enarravit tremens et circumspici-
ens hac illac, ne sibi hucusq. assisteret, quare à Fratribus consolatus
et deductus in refectorium, Deo se per humilem et amaram confes-
sionem reconciliavit, palam dicendo et retractando verba in Deum
et Fratres iniuriosa esse et professionem continuo renovando. Post
hæc maiori cum timore et ardentiori amore ~~Dei~~ Deo famulari
usq. mortem suam quietem pie satagebat. ~~sepe~~

F. Tiburcy Laicus occidit

Eodem anno die 6 Aprilis ab hisce hostibus hæreticis in Conuentu Drohiczen Fr Tiburcius Ciszowius Laicus Camenecen. pius et deuotus ac vitæ exemplaris, grauiter infirmatur, decumbens in lecto, et ante aduentum eorum Viatico ac Extremæ Vnctionis sacramento munitus, in infirmaria deprehensus est: A quibus ex lecto tractus et per pauimentum ambitus inferioris Conuentus ex infirmaria ad Scenstram vsq; per pedes, capite deorsum terram verente attractus crudelissime, ibidem multis plagis, verberibq; immaniter et feraliter tractatus, et crucifixus fuit, vt prodiret thesaurus Ecclæ absconditus, demum multis vulneribus tyrannice affectus semiuiuus in Scenstra deretinetur, quem Fratres qui in eodem Conuentu abscondi latitabant, post discessum eorum vix spirantem inuentum ad infirmariam deferentes, paululum refocillauerunt, non tamen poterant atrocibus vulneribus sibi inflictis mederi, nam eo die prouisus occisoribus ouans, obdormiuit in Dno. et ibidem in eodem Conuentu sepultus fuit.

Frater Chrystoph et Fr Matthias occidunt.

Eidem hosti cum numeroso suo exercitu versus Solecium et Casimiriam peruenerunt cuncta ferro deuastantes, vbi Conuentum Solecen et Casimirien spoliauerunt, Fratribus ad securiora fugientibus, Patrem Chrystophorum Czechowic Brzezin Sacerdotem Confessarium et Fratrem Matthiam Rusznowic Casimirien Laicum Lectorem fugientes in sylua deprehenderunt, quos crudelissime interemerunt et Frem quidem Matthiam statim decollauerunt sed P. Chrystophorum multis letalibus vulneribus affectum semiuiuum demisserunt, qui in nemore fugiens ibidem mortuus est. Erant ambo boni religiosi, mode-

sti

pii pro suâ Regulæ Observantia zelosi; Hi post mortem suam
P. Guardiano Casiminien in somni quiete apparuerunt, rogantes ut
eorum corpora ad Conventum transferri curaret quod et fecit. et
Fratris quidem Matthæi Laici caute inventum, effossum, transpor-
tatum ad Conventum Casiminien ibidem honorifica sepultura donatum é
Patris verò Chrysstophori corpus in nemore reconditum nequequem
inveniri potuit. sed ibidem in nemore adventum magni Dei et Salva-
toris. expectat. Anno ut supra scilicet 1657 die 16. Aprilis. per Mar-
tyrii palmam ad regionem Sanctorum migrârunt feliciter.

Anno dñi 1671 die 5ma 9bris in festo Oñm Sanctorum Nobilis
famina Cribulby Commendata discessevat in Cam
cum famulo per illum Locum vbi Nominati Fres P. Christophorus et Fr
Matthias occisi sunt. subsistit modicum ad pabulandum equos in illo
loco circa Meridiem. Ex improviso apparent duo Religiosi Re
formati, Complicatis, manibg, demissis, brevis Lumine circumfusi
quos dum attonita demiratur, alloquitur famulum, Virum eosdem videre
Reformatos Fr Lumen disparens subisse, et mox in animo ex
hilaratum fuisse. Hac eadem pia Matrona retulit Fratribus.

A66

Obitus R. P. Rÿchtorÿ. 1673

Anno Dñi 1673 die 21 Martÿ Decessit Pastor bonus, ac Coniphæus huius Reformationis R. P. Franciscus Rÿchtorius Minr Provincialis Hic Ao 1640. die 23. Aprilis audito Cursu Theologico, Zelo maioris perfectionis ad Observantiæ Venit ad Reformam. Intra Annū Deuotionis, Cursum Philosophicum bis, Theologicū quinquies solus aliis quandoq; grauatus officijs, ad summum fructu et applausu in Reformatione peregit. Per ipsum sicut Studia et Viri docti, ac religiosi deuoti crescerunt, ita Reformata paupercula, in pietate Exemplaritate, et Observantia vigorosa sumpsit incrementa. Quam ipse Verbo Exemplo et Vigilantia continuo informabat. Multoties Guardianus, Custos Provincialis Secret, ter Definitor, ter Provincialis Minr Vicarius et Commissarius Provincialis fuit Electus, pedes semper Provinciam etiam rigidissimâ hiemē Visitabat. Romæ cū Voto pro Capitulo bis, sine vera, tertiario, et Cursu adfuit, Ibidem gloriosè disputauit; Cracouiæ, Leopoli, Premisliæ Theses alias Religiosè cū honore propugnauit; suas frequentius defendit quas nunquam typis dari sed scriptas à Studiosis iuxta consuetum Reformationis Vsum haberi voluit. Anno Dñi 1660 Inuitatus ad Illustrimo Castellano Wojnicensi postea Palatino Cracouien Ioanne Wielopolscio Rozmoriam, cū Authoritate loci Ordinarij Vt obiectionibus Arianos, satisfaceret, quod non tantū docte et subtiliter executit, sed Viriliter illuminauit, ex quibus multi baptisma et fidē Romanā amplexi sunt. huius disputationis extat authentica in Archivio Provinciæ. Premisliæ Triennio Guardianatus, simul et Radicatura Cathedralis Eccliæ perfunctus, Auditores Schismaticos vitris Presbyteros præter multos alios habebat: ab Illustrimo illius Cathedræ Episcopo Examinator pro confessionibus et Beneficijs Inferioribus. Vibrata aduersariorum tela contra Theologicā Mysticam R. P. Chrysostomi Zebrowskÿ: sicut S. P. Bohemicis iaculis, vaone Confessarij in Silesia; fortissimo et doctissimo scripto Concussit et confutauit. Dum Lectoris, Radicatoris, Guardiani et Provincialis officio fungeretur, Panem pro suis ostiatim quærere, Vtensilia adhuc, pedes sæpe lauare, stomacē sibi tunc hiemis succendere non erubuit; Montagnam assiduus, Vinus per multū temporis in duobus Ministeriatus officijs constitutus non bibit. Passioni Dominicæ et Meditationi ita intentus fuit Vt ne itinerans eam Vngue quidem intermitteret. Missæ Sacrificio tremendo, celebrando ita se disponebat, quasi mox in Iudicio rationē redditurus. In corrigendis suis pro subiectorū et fragi:

citato

litatis qualitate et merito Ord. manuetus, ac zelosus fuit. Hunquid otiosus à continuo
libris, et Prædicatoni Verbi Dei, cui inuenatus intentus fuit. prout 4or Volumina, de
Dominicis duo, de BV. M. Und, de SS. Und præter funeralia restantur. De mo-
ribus aliorū nec loqui, nec audire voluit. detractatem sæpius signo aut Verbo corripuit,
Ferijs lexit ferè ser Annis cibo abstinuit, alijs temporibus modico cibo et potu
simplicis cerevisiæ Vebatur; Unde Viribus exhaustis, nimio phlegmate ex pulmonibus
oppriebatur: quod quia ex sedentaria Judicio Medicorū euenire videbatur, Ut tanti Viri
diutius conservaretur Vita, et eo moueri posset in Anno Proximo sho electus: Cū in de-
cursu bienij Visitaret Provīā Lublino petitans Leopolim vicina hieme incidit in Febrim
Malignā: Decumbens S. Nicolaus Leopoli Magistratus à PP. curatus, quo
concesso accepto à Parocho sui illius Viatico die pexit imualescente Febri posito
in terra gallico ad Matutinas finiret Horas Recepta per Pō Antidotā Eucē Sanc-
tore in modico fidelis, intra in gaudiū Domini tui, Ipso die S. Benedicti Abbatis Benedi-
cti Ut pie credimus Deo reddidit. Vir Apostolicus paupertatis Seraphicæ et Observ:
antiæ Reformatæ Zelatissimus promotor et Observator, ac S. P. N. FRANCISCI Vera
filius et Imitator. Cui parem non habuit Reformatio, an habitura in posteris secula Videbit.
Duo admiranda, et imitanda in tanto Viro, Magna doctrina, et profunda humilitas, quæ
B.V. quiescat in lecto et se disponat ad exitum mortis, ad quorum
persuasionem ibit ad cellam pprian, dicendo. Hora completorij, dies
vitæ meæ completæ, cumq; inde rim à Pt. disponeret per actus di
uersos deuotenis, oleoq; sacro inungeret, dato signo pro oratione
mentali ad initium Nunc dimittis, plenus dierum et bonorum operum
placidissime, expirauit, non sine dolore et consternatione Prim Fratr. et
pro hunc Congreg. annualem in Conu Vicetin. celebrantium
sed cum suum suam mortem deplorantium. Moritur é die et anno vt
sup. ætatis suæ 57. Religionis 36. ad cuius exequias in crastino
dar fere tota Ciuitas Grad. una cum Religiosorum processionibus ade
rant. Sepultura est in Cœmeterio Cœci intra muros, in sacello parui
ad parietem. ~~ita ibid~~ transferendus ad nouam Eccl[a]m qdificandam.
Ibidem futurum iudicium Dei generale expectamus.

H, non sine mxa opinione spectis mir charitate et patientia religiosa.

Incipiunt
Monumenta trishia.
seu
Speculum morbis horrendis Fratrum Prdc nrd
Religionem deserentium,
enarratum.
Mors peccatorum pessima.
Ad Lectorem.

Descripsimus superius pro modulo nro (faciente Dei gratia) Fratrum Prdc nrd Reformatæ minoris Poloniæ proborum vita functorum memoriam et merita, non aliam ob causam (ut ibi dictum est,) quàm ut exemplis piis provocaremur ad eorum pia vestigia, sectanda: Quia veri secundum D. Chrysostomum, ubicunq; fuerit triticum necesse est ut illic inveniatur et zizania, sic ubicunq; fuerit bonum Dei, illic et scandalum inimici: Sicut et de sua dilecta Ecclesia Christus Dnus prædixit, in eadem scilicet area fore triticum et palleas, in eadem massa, pisces malos et bonos, in eodem agro, triticum et zizania, inter ipsas Ecclesiæ Virgines, alias prudentes, alias fatuas: Item sicut ab exordio nrd Religionis, dum florescere et odorem sanctitatis spargere cœperat, non deerant, qui contra, eandem vitiis suis contaminarent et male olerent, qui scilicet, retrocedebant et à via perfectionis

male-

male viuendo, deficiebant (quorum defectus cùm S. Patriarcha nr̃
Franciscus coram Deo amarosè deploraret, talia à Chr̃o audiuit,
Quid turbaris Franciscè, aut quid angeris, cum horum tuũ quis-
piam vel Ordinem deserit vel in Ordine scandalum concitat?
An fortè existimas, ita te rectorem huius gregis constitutum
vt me non intelligas Superiorem eius esse Rectorem? si vnus ex
vomitum redeat, ego in eius locum alterum excitabo, Sic S. Bonau.
Sic et paruula plantula nr̃æ Reformationis, dum in suo exordio
floreret et odorem sanctitatis per quam tuũ conuersationem spar-
geret, non caruit tamen reprobis et maledentibus fratribus vt di-
cere possit cum D. Augustino Epist. 137. Quantumlibet disciplina
na domus meæ vigilet, homo sum et inter hoĉ viuo, nec mihi ar-
rogare audeo, quòd domus mea melior sit, quàm Arca Noë vbi
inter octo hoĉ, vnus reprobus inuentus est! aut melior sit quàm
domus Abrahæ, vbi dictum é, Ejice ancillam; aut melior sit quàm
domus Isaac, cui de duobus gemmis dictum est, Jacob dilexi, Esau
odio habui: aut melior sit quàm domus Jacob, vbi lectum Latris
filius incestauit, aut melior sit quàm domus Dauid, cuius filius cum
sorore concubuit, cuius alter filius, contra Patris tam sanctam mansuetudi-
nem, rebellauit, aut melior qm̃ cohabitatio ipsorum Christi Dñi, in
qua videcim boni, perfidum et furem Judam tollerauerunt, aut me-
lior sit quàm cœlum vnde Angeli ceciderunt, Hæc ille, talia inqui
dicere potest Prouincia nr̃a, quòd non sit omnibus Congregationibus, Com-
munitatibus, quin reprobis careant, his tamen turbari et commoueri

melior

S. Cyprian. Triticum non rapit ventus, nec arborem solida virtute fundatam procella subuertit; frumenta pulsa tempestate iactatis, inualida arborum turbinis incursione euertuntur

non

non debemur, iuxta S. Bonau' sententiam dicentis. Quòd si (inquit) Deo permittente, aliqui seipsos ejicerent, gratiæ sunt referendæ, non qà illi peccauerunt, sed quòd ouer suam à pestifera contagione liberauerit, iuxta illud (Ad Galat: 5) Vtinam abscindantur qui vos conturbant, scilicet pacem, puritatem et famam vitæ: Manifestum è quòd (iuxta dictum Aug. vbi supra) quia ista in Ecclesia (et Religione) non accidunt sine graui iniustitia Sanctorum aliq fidelium, verum consoletur nos Deus qui cuncta prædixit aliq vt abundantia iniquitatis non refrigescamus, sed vt vsq in finem perseueremus et salui esse possimus, admonuit.

Sicut igitur bonos Frés nros, ad exemplum bonorum operum sectandum proposuimus supra: sic hic malorum et peruersorum Fratrum, Reformationem nram (nostris diebus) miserè deferentium ac miseriùs vita descensorum, Catalogum, vt nobis timeamus ac salutem cum timore operemur, texere haud dubitamus vt sequitur.

Mors peccatorum (deferentium Religionem) pessima.

1537. Fr Didacus X Sartor Laicus professus, qui aliàs Nouitiatus tempore videbatur, deuotus, pius et sollicitudinis amans, post emissam verò professionem multò magis deuotus, aliis virtutibus multum profecisse putabatur: Hic sub specie zeli perfectionis vitæ tentatur, abscondebatur in angulis, conuertur per aliquot dies, silentii et sollicitudinis ergo, modo veri, dùm Frés cæteri dormire scirebat, clauè ad id opportunè limata, Cancellum et Cellarium

culinar
rium, adeperiebat, ingrediebatur, et providebat sibi de victua-
libus, tandem aliquando deprehensus in hoc casu, correptus, et
correctus, nihilominus fugit de Conventu Leopolien ad Ruthe-
nos Schismaticos ad Monasterium in Krechow 3. milliaribus à
Leopolien Civitate distans) ubi inter illos satis strictam vitam Dia-
boli suggestu per aliquot notabile tempus, duxit, sed inde timens
sibi ne prodiretur, fugiens, Kiioviam usq; devenit atq; ibidem
ducta uxore, demum impoenitens miserè vivere desit.

1630. Fr Albertus N. Laicus fugiens ex Conventu
Glinicen Romam veniens ad Conventum S. Francisci declinavit
ubi ob itineris fatigatam et aliar incommoditates totus debilitatq
et infirmus, cùm loco carceris ad infirmariam per fratres
deduceretur, inter manus illorum correptus doloribus subitaneis,
expiravit, subito, sine Confessionis Sacramento, et absolutione etc

1632 Fr Matthias Brecen Arcularius seu Mensator
Laicus, cum esset in seculo probam aliàs vitam duxit, modestus, be-
nesius, deinde quat, sti Religione quoq; post ingressum suum multa-
rum virtutum praestantia ornatus, speculum fuit tutius pietatis ad
exemplum, tandem motus suus ex conversatione cum secularibus
aliis eiusdem operarijs, corrupit, quia ei Spiritus creatum prop-
nebant, ille vicissim furtivè Conventui victualia surripiendo ijsdem
dabat, dum id parvipenderet, nec quidem (ut creditur) per Con-
fessionis viam diluere curaret (dixit enim aliquando, quòd per-
plures

NB. Apostasia,
Leonardus Laurentanus in Sylua rerum memorabilium, sic dicit; Collum aperhum-
sed etiam ante illam è Novitiatu egreditur, experientia enim didicimus

plures annos Confessiones Sacramentales ~~intrasset~~ sacrilegas id est non integras fecisset) conscientiâ reatus gravatus tertiò vel quartò apostatavit, et Gedecicam perveniens, ibi suam malefanicam artem exercuit, ibiq; ad extremum impœnitens peste infectus, sublatus est.

1655 Pater Andreas Judaszewic Solecen professus nrae Reformationis de licentia extorta Rdmi Gnalis ex Reformatione ad Bernardinos transierat, sed ibidem apostata factus inter successores hæreticos hæreses pro tunc malignor Regni Poloniæ Ministros factus, tandem à PP. Bernardinis Catechistis post multas cruces, flagellationes, carcerationes iterum fugiens, atq; ut secularis Sacerdos in Russia demorans, miserabiliter mortuus est.

1656 Fr Athanasius Jaroszewic Clericus professus sub specie mutuatæ professionis ad Fratres deposito habitu regulari fugit, et eis adhærens cum casu spatiatim seu recreationis causa Cracoviâ in suburbium exisset, captus à nris militibus et ad castra ductus, ut proditor patriæ et desertor religionis, decreto militari, post multam macerationem, decapitatus, benè tamen dispositus, vitam finivit.

1654. die 29. Octob. Fr Michael Kosthowic Laicus apostata, iter faciens, morbo præventus, cito diem extremum egit.

1655. Fr Ignatius Silesita in apostasia, miserè mortuus est.

1660. Quidam Fr Benedictus Stomowski professus Majoris Poloniæ Reformatus, apostata, in seculari seu decentali vestitu in Russia demorans, ab Illmis Archiep. Leop. captus, et

et paratum gladio carnifici portat qui non solum post professionem ad infestan-
quod tales exeunter à carnificibus gladii feriuntur. Recille. 14

ad instantiam nrām, Varsaviam vsq ductus Latibur nostris red-
ditus fuit, sed cùm ex carcere fugisset, et ut sacerdos secularis
per suburbium Varsaviæ transiisset, ibidem à grassatoribus miserè
et crudelissimè occisus fuit, quem occisum viderunt et agnove-
runt Fratres nri, dissimulaverunt tamen fuisse Frem nrum.

1662. Fr Thomas Gorgenius Laicus ex apostasia in Pol-
niam, redierat, multo gravi in Germania perduratus, et cum se vicinum mor-
ti persentiret, rogavit ad se vocari Sacerdotem, sed cum in eadem
loco nec Parochus adhuisset, nec aliquis Sacerdos de vicinia adesset,
inconfessus satis decessit

1662. Fr Damianus Vilicen Laicq professus, cùm ex
apostasia Roma rediisset Iverstus Poloniam, ex maximis incommoditatibus
itineris, contraxit maximam debilitatem et infirmitatem, quæ fractus, cùm per-
uenisset ad Conu Observu Recanati in Italia (duabus milliaribus à Lo-
reto distantem) et ibidem à Fribus illig Conu non fuisset susceptus nec
admissus, imo repulsus, videns se sic despectum, et sentiens se maximè
debilitatum et infirmum, furtivè et clam ad interiora illig Conu de-
scendens, in quodam loco et angulo, decubuit, atq ibidem brevi post,
absq ulla dispositione, mortuus fuit: Cumq paulo post maximus fœ-
tor contagiosus exorsus fere totum Conventum implesset: Fres illi in-
vestigantes illius fœtoris causam, cum pervenissent ad eum locum,
invenerunt eundem Frem demortuum, cadaver illig satis nigrum
et horribile visu, et odoratu fœtido plenum, quod extrahentes asini-
na sepultura, donarunt: Et hæc erat pœna apostasiæ.

1663. decurrente mense Julio. Fr Paulinus Ghuicen Laicq
fautor trium annorum Religionis, officium Coquinarii in Conventu Za-
hlicen agens, suscepit subito quosdam vestes germanicas ab Aulico Magnifi-
ci Capitanei Biecen, donatos, sine scitu Superiorum ad fidelem

depositum

depositum, seu ad certum tempus servandas, quibus receptis, stimulante diabolo, easdem furtiv auferens, clam noctu è Conventu egressus, apostatavit, perrexitq; recta in Silesiam, ydemq; vestibus indutus adscribi petiit inter milites. Cæsarianus, receptusq; atq; inscriptus fuit: tandem agnitus à quibusdam commilitonibus, quod ille esset, qui ante aliquot annos eandem militiam professus, clam aufugiens, militiam et stationem suam deseruerat, delatusq; huc deve ad Campiductorum siue Gnädem Capitaneum: et convictus de sua infidelitate, decreto eiusdem ut proinde mortis adiudicatus, et gladio sectio petitum, haud dubie interivisset, condemnatus erat, sed cùm supplex peteret ut mitiori pœna plectereturr, allegans frustra, se Religiosum professum esse, tandem (ut quidam asserebant) carnificis gladio, plexus, interiit. Et sic ut perfugus et apostata, digna facti recepit. eodem anno ut sup

1646. Cùm duo Fratres Ungari, Provt S. Salvatoris professi, Cracoviam apostatæ ad Conventum S. Casimiri venissent, atq; per R.P. Nicolaum Lvalem Sui professionis Statutum, ad ipsum Fratrem venissent, unus eorum Laicus compunctus Superioribus suis professus est se, alter vero vot. Ut Carolus Diaconus Monogonius, recta se contulit inter Schismaticos. Cumq; ibidem in Ungaria grassaretur, et ibidem citò depositis Sacris Religionis, abiurata fide Catholica, Calvinianæ professus fuit: sed non diu in suo scelere exultavit, nam post 3. vel sex dies inter Schismaticos Schismaticus, horrendè et miserabiliter subitanea morte præventus, vitam cum morte mutavit, cùm tempus non esset pœnitendi.

1669 d. 30 Martij. Ut Augustinus Mathiewic Sacerdos, multarum apostasiarum et furtorum, criminumq; reus, ideoq; perpetuis carceribus adiudicatus, et in ijsdem insperate, absq; Viatico, mortuus est, de cuius quidem salute etsi non desperetur qà pœnitens et ante aliquot dies Sacramentaliter confessus et absolutus fuit, qà tn in extremo vitæ suæ Sacramentis muniri non meruit, hanc pœnam criminis suorum à Deo sibi permissam, censendum est. Sepultus è in Sacra nova Conventus die et anno ut supra

In nomine Dñi. Amen.

Quæstio.

Excipienter seu recusanter Comiss. vel ijsdem rebellizanter, quando pœnas in Bulla Gregorij xiii. fulminatas incidunt?

Ad hanc quæstionē melius discutiendam, resoluenda sunt quædam vt sequitur.

In primis. An Comiss Visitator missus à Rmo P. Gñali ad celebrandum Capitulum, anno officij Ministeriatus tertio non exacto, iure sit ea ppter repellendus.

2do. An Comiss Visitator missus ad manutenendam Reformā nouellam si ipsi concedi à Rmo P.G. faculter, excedens Statuta Gñalia, eappter, recusari posset et repelli.

3tio, An citra crimen rebellionis pt recusari Comiss. ie iam ante ab missus, receptus, dum actu pure paternam instituit visitationem

4to. An Comiss ie non observans aliqua particularia Statuta, quæ nec ad mortale, nec ad veniale, obligant, eppterea pt recusari citra crimen rebellionis

5. Quænam et quod sint illa quæ deficientur ad hoc vt contradicenter Comiss et eos recusanter, non incidant in Bullam Greg. 13. quæ incipit Quoniam nrō Pastoralis.

Postremo denig expendendum é illa quæstio dubitatiō: An perpetrans atrox Rebellionis crimen notorium, ante citationem et defensionē possit comprehendi, processari et sententiari.

Interrogatio 1.

An Comiss Visitator missus à Rmo Gñali in Ordine ad celebrandum Capitulum Prōvale, statu tpe anticipato, iure sit ea propter repellendus.

Supponendum hic in primis, quod Min Prōvalis non recipiens Comiss à Rmo P. Gñali missum incidat in pœnas in Bulla Greg. 13 illatas: ita enim ibi decernit. Proterea sub pœnis prædictis prohibemus, ne quis Prōvalis ic. Commissariis ab Gñali pro Visitandis Provincijs, missis resistere, nec eis se opponere.

nere aut contradicere, aut se rebellem exhibere, ipsos quacunq de causa vel quæsito colore, non recipiendo, audeat neq debeat: Hæc enim sententia clare decernit, quod non recipientes Comissi seu rebelles se ipsis exhibeant, incidant. Vt solum dubitari pt: An et illi qui in principio quidem Comissi recipiunt ipsis hi postea contradicunt, eos per viam exceptionis repellunt, crimen rebellionis appetent: Hinc enim et Rodrig. 3. Tom. q. 54. art. 2. supponens ut certissimum, quod non recipientes Comissi incidant in pœnas in Bulla memorata irrogatas, quærit: An contradicentes Comissi iam admissi contra formam et præscripti Statutorum Ordinum præcedentibus, eandem pœnam incurrant: quæ dubitatio. Interrogatiuncula ata dissentiens.

Suppnit 2do. Quod sicut non obstante amplissima facultate Rmo P. Gnali in Bulla prædicta, concessa, ad mittendos in Provas Comissos quoscunq sibi libuerit, ita non debet et mittere Comissos extra necessitatem et vtilitatem, non deberet V. P. mittere Comissos in Provam Rectore bono gaudentem, qui potestatem exerceat in ædificationem gregem, et non se in massa carnia pascit: Et vice versa, Pr Minister si haberet aliquod ius, non recipiendi Comissos, nunqm tamen eo vti pt sine peccato et sine iactura boni communis et bonæ æstimationis, etiam quando licite pt Comissos non recipere, non deberet hi extra summam necessitatem id facere, de quo iterum redibit sermo in progressu.

Suppnit 3tio. Quod præfatendo etiam à facultate in Bulla memorata Rmo Pri Gnali concessa, si Rmus P. Gnalis mitteret Comissos in Provam ad libitum, hoc é quotcunq aut quandocunq sibi placuerit, Provā non dissentiente, eo casu Rmus ic non mitteret Comissos con formā Statutorum Ord.: qualis erat Prova, quod à principio sui fundationis semp biennaler habuit Comissos, vel quod in electionem Ministri Neapolitani et in nullo offo probati, non vellet nec velle posset consentire, nisi sub hac conditione, vt Pr Comissi in Provincia vicem ipsius Rmi Gnalis, residerent. Et hæc quidem bene intelligenti et bene disposito sufficere pt, ad persuadendum, quod non recipientes Comissos à Rmo é ad libitum missos, incidant in Bullam supmemoratam, pœnasq in ea decretas incurrant,

vt hi

vt tamen hoc fiat adhuc apertius:

Examinandum: An in eo casu, dum Rmus Gnalis in Missione sum missarij Ordinarijs Gnalib. se non conformet, ea propter suus delegatus debeat et vt recusari: quando v.g. Rmus P. Gnalis mittit suos Comissarios quoscumq; vel quocumq; ipsi libuerit, cum sic faciendo, non conformet se Ordinarijs Gnalib.? Dubitatur: An propterea eius delegatus vt recusari? Et specialiter expendendum est. An quando Rmus P. Gnalis mittit in Provam Comiss. Visit. in Ordine ad Capitulum celebrandum ante statum temporis et in Ordinarijs Gnalibus definibam ea de causa eius delegatus debeat esse vt recusari, non eo quod missio Comissarij non suo tpe sit actio peccaminosa, sed qa est nulla: Temporis n. indebiti circumstantia, etsi quidem non sit circumstantia, vitians actum, est tamen circumstantia invalidans, quod contingit, dum agitur ex ignorantia bona fide et sine dolo, tempus actioni prefixum antevertendo: Huiusmodi autem Interrogationi resolutionis: quamdam et resolutioni sequentium, distinctionem illam Recusationis et Exceptionis celebrem, premittendam, puto qua Exceptio dividi in Legitimam et Frivolam. Et Interrogatio in titulo proposito procedit de Legitima

Respondendum puto negative: Quod propter missionem Comissarij tempus prefixum Constitutionibus Gnalib. antevertentem delegatus Visitatorum non vt recusari: Tum qa ex hac facil~~e~~ nervosissime clara et irrefragabilis Constitutio Pontif. Rom. Greg. 13. quae incipit. Quoniam nra Pastoralis, in qua planissime plenissima facultas datur Rmo P. Gnali Ord. Mis de Observantia mittendi Comissarios in Provas quotiescumq; illi libuerit, ubi ly ~~libuerit~~ quotiescumq; distributi sumi notat Bordonius: Ita vt sub hac particula liceat descendere ad omne genus et ad omem speciem missionis, sive enim illa missio fiat in ordine ad manutendam Provam, sive ad compescendas insolentias et insanias Neophitorum Prelatorum, sive quod idem est, ad parvulas grumeculas Vineolam Provae demolientes, capiendas, sive ad puniendas delicta praeterita, sive ad puniendas futura, sive in ordine ad Capitulum celebrandum seriùs et citiùs quam velint ordinationes Gnales, semp interim si Rmo Gnali, cum sibi placuerit, Comissarios ad Provas mittere, non obstantibus Constitutionibus et Statutis quibuscumq;.

Tum qa

Tum gà ordinatio illa Gnalis, prescribens tempus ordinatum missionis Comiss^is hunc solum modo ligat, quòd cõmode id fieri pt. et cum dignitate delegantis et delegati; cõmodè autem hoc à Statutis prefixo fieri non pt in multis casibus, obviis quemadm multoties non pt fieri stato hoc, salva dignitate Rdmi P. Gnalis: Adduco unum casum, sit talis P. Mnr, qui recursum habuit ad favores Principum secularium, obtinuitq; Irãr à S.R.m. et à Regni Proceribus, adeoq; et ab Augustissimo Imperatore ut non sit licitum P. Gnali mittere quem vellet Comiss^i: Imò qui adèo insaniret ut medijs ijsdem favoribus sibi ipsi procuraret commissariatum, eo casu, nisi Rmus de hoc certior fiatur, tempus prefixum missioni anticiparet, non pt hoc prefixo mittere Comiss^i cõmode et salua sua dignitate.

Tum gà Comiss^i non mittere nisi stato hoc, non illo iure arctissimo vetatur Rdmõ, quo vetatur susceptio presbyteratus ante completum annum ætatis 24, verum illo forte iure hoc vetatur, quo interdr ne in Diffinitorem eligatur, nisi annos ætatis 30 et Relig. 15. compleverit: vel quo Statuitur, ne ad solam probationem admittatur quisquam ante annum saltem 15 completum, quod dum cõmodè fieri non pt, non obligat: Unde Miranda in Man. Regul. Tom 2. q. 15. art 4. Concl. 3. probat Rmũ P. Gnalem posse tempus Capto celebrando in Statutis prefixum abbreviare detrahendo mensem vel menses indefinitè: et ut censet Collector Privileg. v. electio, detrahendo 6 menses integros: quo admisso, dato casu, quòd Prõa predictam non pt visitari in ordine ad Capitulum celebrandum spatio trium mensium, sequitur profectò, quòd eo casu Rdmus anno 3tio indoctato Comiss^i in Prõam mittere teneretur:

Tum gà dato, quod Rdmus prædicta Constitutiõi Gnali se non conformaret si tempus missionis in ea prefixum anteverteret: In eam tamen Prõam Comiss^i ante tempus mittendo, in qua hæc Constitutio non é usu firmata et in qua per annos 20, in casibus illam servandi occurrentibus ipsi é contrario cum in tali Prõa, tam diuturna consuetudine, ista Constitutio censetur enervata, Rdmus non contravenit Constitutioni Gnali, mittens in eam cuius Commissarium

Tum

Tum gā Pr̄ ministr, si facher Mr̄ non desit, ēē Fr̄ minor, dictam anticipationem non reputabit prōiudicialem sed favorabilem, memor consilij Serapici à Patriarcha Serapico cōmendati in Opusculo Admonitorio, quod tale est. Illi qui sunt sup alios constituti, tantum de illa Prelatione gloriantur, quatum si ēēnt deputati offō abluendi pedes Frūm: Et quanto magis hinbantur de ablata sibi Prelatione, quām de ablato sibi offō abluendi pedes, tanto magis sibi loculor ad periculum animō cernunt.

Dicer, saltem recusanter Comiss' taliter missum, non incidunt in Bullā Greg. 13 in qua datur facultas Rmō Gnali mittendi Comiss' quotiescunq; sed non quandocunq; voluerit, quę particula sunt distinctę.

Contra, Dbi ius non distinguit, neq; nos debemus distinguere, presertim cum tale Constitūo in favorem Animę Dignitatis emanaverit in Ordine. Ergo Constitūo quidem concedit Rmō facultatem mittendi Comiss' quotiescunq; voluerit.

Cōfirmo Qā verba legis, ea omia quę ppriè significant, includit, particula autem quotiescunq; ppriè significans et quandocunq; ergo includit etiam quandocunq;. Nam si aliquem daret facultas legendi libros haereticorum quotiescunq; vellet, particula quotiescunq; sine dubio includeret etiā quandocunq;.

Interrogatio 2da.

In Comiss' Visitator missus ad manutenendam Reformā novellā, si ipsi à Rdmō concedit facultas excedens Statuta Gnalia eapprobata recusari: Novella Reformā intelligendum puto, quę adhuc parvula ē et ubera non habet, presertim si eam regat et pascat Rmō Neophitus et parvulus in nullo unqm offō et regimine acte hactenus, et tali Prōā quęsitum intelligendo.

Respondendum esse opinor: Quod ad eam manutenendam, adiuvandā et defendendam in suis terminis et cancellis continendam, Comissarius ampliori quām ordinaria potestate et authoritate munitus sit pernecessarium, missum in Prōam, non ut recusari citra gravissimum et manifestissimum Rebellionis crimen: Tum gā nauis Neophito gubernatori Comissa, indiget veteranō et emerito, qui novellum instruat, dirigat et

in offi

et in offo continet, aliar nauis redditur naufragio obnoxia: Tum gá neophytus Mnr, qui etiam in electione videtur habilis, in progressu elatur in superbiam, gradog, nil differt à mente capto et furioso: Furiosus enim curatore ppetuo et indiuulso omnino indiget: imo vt grauiter et acutè Petrus Damianus pronunciat; Neophytus (qui etiam in electione videtur habilis) in nihil aut parum differt ab Apostata: Nam enim (inqt) vt quis Neophytus Abbas incipit, Monachum eē desiit et dum Abbatizando culmen efflagitat, nihil ē aliud, nisi quod Monachum velut importabile pondus quadrat abijcere, et ne Apostata videatur, sub fucato se vult regiminis colore palliare, Tum gá nouella Reformatio non se habet instar arboris procere et optime radicatæ, quæ neq, eo qui plantat, neq, eo qui rigat, indigeat, verum se habet instar arbusculæ nunc satæ, quæ si plantatem Comiss' iam non desiderat, irrigantem tamen, nimium solis ardorem, aut nimium noctis gelicidium arcendē exposcit: Tum gá longa experientia constat, quod quam diu nrām nouellam Reformi Comissarij triennaler, gubernauerunt, tam diu in Pria fuit eoꝝ cor vnum, anima vna, vnum velle, vnum nolle, quasi Comiss' desitata Pria nra, illicò miserabilr in factiones scindi cepit, donec tri discepta ē, Nouella igr Reformatio triennalis Comiss' ē penitus necessarius, qui proinde in Priam missus, nequit recusari citra salutem et rabidam rebellionem.

Interrogatio 3tia

An citra crimen Rebellionis Comiss' altar recepta, dum paterne Conuentus visitat, recusari possit et repelli?

Hic repetenda illa ē celebris distinctio Exceptionis, in Legitimam et Friuolam, factamq bono aīo, et factam prauo, et maligno animo; Et de Friuola, factaq animo maligno dubitari non pt: Qā Friuola Exceptio et quæ malitiose oppnr, etiam con' Comiss' gerentem se vt Judicem, est inualida, et nulla, Solum ergo in dubium vocatur: An sicut Exceptio contra Judicē gradog, pt eē valida et legitima: Ita con' P. Comiss' procedentem patenē, et inquisitionem gnalem in ordine ad paternam correctionem, non in ordine

ad

ad ullius punitionem instituentem Exceptio opposita ꝓt eè quandoq; Legitima et valida? Ad quod.

Respondentum puto negative qá nimirum nullo unquam casu Confessarij Visitator paternam indicens et iniens inquisitionem, citra nolam rebellionis manifestæ ꝓt recusari: Tum qá legitima Exceptio sdm oēr, ita dfinitur. Est oppositio coñ Judicem litem intentantem: Sed oppositio contra paternè Visitatem non è legitima sed frivola Exceptio, quid citra alterius rebellionis crimen non patratur: Tum 2dò, qá Exceptio contra Confessarium iuridice inquirentem, et iuridicas probationes excipientem, opposita, non è valida: Ergo à fortiori, opposita coñ Prem paternè in qnè tantum inquirente non è valida: Antecedens probó: qá inquisitio specialis et probationum perceptio, est tantum quid preparatorium ad litem alicui intentandam: Exceptio vò non nisi coñ litem intentatem opponi debet, qd non putatur intentari seu inchoari, nisi interveniat citatio vel culpæ iuridica intimatio, neq; à preparato ad preparatorium valet argumentum ut probat euidenter Navr in Comment in Rubricá de Judiciis: Tum 3tiò. Qá Regulares qui nixe dñt cauere ne inhret litium certamina, etiam coñ Judices Regulares quoniam Judex Regul de plano procedens, paterna non exuit viscera, Patris vò amantissimi etiam vulnera hostilibus osculis sunt preferenda. Facete Julius Cæsar dicere solebat, malo curari ut versus si male agam, de Verso enim scribitur, quod dum capitis grauedine laborat, alueatria quadrat, non tàm ut mel sorbeat, quàm ut apibus pungatur, sicq; tali missione sanguinis medeatr grauedini capitis: longè autem salubriora sunt paterna vulnera, longè efficaciùs capiti medicantur grauato medtr, Et vice versa subditur memor illis memorabilis Gregorij documenti: Summopere iurgia fuge, nam coñ pareri contendere, anceps é, contra Superiore furiosum, cum inferiori sordidum est. Memor (inquam) huius monitj quilis subditus liter cum Superiore summopere fugere debet: Tantò magis Regularis, qui ut grauissimè et religiosissime Navr monet. Tom 1. Consil. lib. 3 de Regul. Consil. 21. Non habet causam sufficientem vixandi, si illi multa irrogentur iniuriá, et quod sicut cani latrare, ita religioso ꝓprium sit

iniurias

iniurias aequanimiter tolerare, seu sicut à cane nihil aliud expecter, nisi mor-
sus et latratus: ita à vero religioso, nisi mansuetudinem et tolerantiam
iniuriarum et presertim à Minorita Reformato, cuius quanta debeat esse
mansuetudo in perferendis iniuriis, docet Seraphicus Seraphicq Patriarcha Ord.
Min. et certè quantum dedeceat Religionem litigia, ex hoc abunde colligi,
quia teste S. Augustino in quidam suo sermone: Nihil ita simile est achbg
dæmonum, quam litigare, satisq; impiam lucrari, si discedat à lite, meliqq
esse, pati modicum, quam inire litium certamina: docuit Albas in Capite
de Appellatione: Et hinc e, quòd omnis de iure in quibusdam casibus facta
fieri non debeant, facta tamen aliò recedendi à lite, mandat Rota seruari,
imò si diquid detur eo fine, vt à lite recedatur, et vt vexatio redi-
matur, non debere dici Simoniacum iure statuti.

Dicer. In eo saltem casu fas e Comiss' recusare, dum ad partis ad-
uersæ instantiam et malam informationem mittitur con' partem suæ ma-
iorem et saniorem? Rdeh, fas e talem Comiss' recusare, excipiendo
con' eius patenter continenter hanc clausulam, quòd mittatur ad partis
instantiam: sed netas e talem Comiss' admissum iam et receptum et ad
Priam Visitandam inuitatum, recusare: cuius ratio e, qa quòd semel placuit
ampliùs displicere nequit, de Reg. Iuris in 6. reg. zz: Comissarius
ergo qui placuit per sui receptionem et p gratiam adhesionem Rdmo
pro sui missione, et per inuitationem ad Visitandam Priam ampliùs
recusari non potuit, cancellet paterna Visitatoris non transiliens

Dicer. Ad summum ergo saltem, eo casu Comiss' paterne Visitans
pt recusari, quòd aliàs ed suspectus inimicus et partialis? Rdeh
neq, eo casu posse recusari Comiss' paternè Visitantem, hoc n. prohibet
expresse decretu Sum Pontif. Pauli V. quòd refert Portel. in trac' Resol.
casu 71, concl. 1. n. 3 et sequentibq! In quo decreto illud singulare inue-
nitur, quòd Visitator etiam suspectus et partialis, dum paternè visitat,
non debeat nec pt recusari: qa paternam Visitationem instituens, in qua
de nemine in specie et individuo, sed de oibq in genere inquirit,

nemini

nemini officere aut prejudicare, pt: Quod veritas illo D. Thomæ monito egregiè confirmat: Increpatio generalis, non est injuria personæ vnius: quod ita intellexit D. Doctor, quando increpatur vitium in cõi et generalitm, quo multi in cõmunitate laborant, hunc plures vno ictu sed leuissimo feriuntur: qã plaga in plures diuidit, si verò vnus sit in cõmunitate, qui illo laboret vitio, hunc illa increpatione, non ferit vnus determinatè sed vage; at verò si nullus in Comunitate adsit, qui illo vitio laboret, hunc illa increpatio, non ferit personam vllam sed vitium: Quare generalis paterna Visitatio non nocet nec est injuria vlli personæ, Tum qã paternæ Visitationis scopus non est alius, quam cõis et publici emolumenti prouisio et promotio: ergo Visitatio paterna, nequit esse prejudicialis: aliquin et Epus suspectus et partialis et Minister Privatis inimicus Visitans Rõlum paterne posset à subditis recusari.

Interrogatio Quarta.

Vtrum Comiss Visitator obseruationem Statutorum aliquorum particularium, quæ nec sub pœna Veniali obligant prætermittens, propterea possit recusari?

Ratio dubitandi est, quia vt notat Rodericq 1. tom. q. 54. Contradicenter et non dedienter Comiss Gnalibus ad vniuersitatem causarum, cum potestatis etiam plenitudine missus, non incidunt in Bull. Greg XIII, quòd sonus sapij faciunt aliqua, quæ ipsis p Gnales Constitutiones sunt prohibita, plura autem per dictas Constitutiones sunt Comiss prohibita, quorum transgressio non est peccaminosa, cum certum sit, quòd transgressio eorum, quæ solent duntaxat Statutis Gnalibus vetari, non sint peccaminosa, sinon fiat modo peccaminoso et iniurioso et mxè si fiat citra contemptum: Videtur autem dignissimum quòd lectissimus aliquis et religiosissimus Comitetur, omnia naturalium et diuinorum aliq humanarum perceptorum seruantissimus, propter solam vnius et alterius Statuti omissionem, nullo modo peccaminosam, dura et irreparabiliter à subditis patiatur repulsam. Vt igitur ista dubitatio resolua

Aduertendum

Aduertendum ē, ex Trad. de legibus, quod leges quæ trāsgressores ad pœnam tantum obligant, ppriè loquendo, non præcipiant aut prohibeant, quām ordinent aliquid, quod per se indifferens ē, et nulla alia lege naturali vel diuina præceptum vel prohibitum: Dixi quæ ordinet aliquid petitū, quām prohibeat, qā quod ppriè prohibetur, eius transgressio eo ipso est peccaminosa, et iniuriosa, qā ē contra Superioris prohibitionem, et qā est cōtra legem, quæ non solum dirigit et ordinat, sed etiā obligat: Quod autem ordinatur solummodo cum pœnæ appositione, illius transgressio, non eo ipso est vitiosa, qā ē contra ordinationem, sed hinc solummodo contingeret eam esse peccaminosam, quòd eet contra ordinationem modo peccaminoso et ~~vitioso~~ iniurioso.

Aduertendum ē 2dò. Quod si hoc pt esse in controuersia an Candidatus pro dignitate ātigua, aliàs habilis, sufficiens et dignissimus ppter leues aliquas et venibiles transgressiones, ppter frchonem v.g. silentij, aut priuatam comestionem, per viam exceptionis pt à promotione impediri, certum quoq ē posse, et de hoc controuertere. An Comiss. alioquin dignus, tantoq muneri par et sufficiens propter solam omissionem aliquarum ordinationum ad cultum non obligantium, per viam exceptionis à subditis pt recusari et repelli; Quod si vero error sit extra controuersiam: His ergo præmissis

Respondendum arbitror negatiuè, quòd dict Comiss. ea sola de causa, qā non obseruat generaler obseruationes nullis alijs legibus præceptas, non pt à subditis recusari, vel p viam exceptionis repelli: Tum. qā candidatus pro Prouincialatu v.g. non pt repelli per viam exceptionis ob leues transgressiones, sed solum ob grauia crimina vt probat Nauar. in Trad. de Conf. Tom 2 lib. 5. Conf. 7. n. 8. Ergo et Comiss. aliar dignus ob solam transgressionem nudarum transgressionum, non pt à subditis recusari:

Tum 2dò. Quia ordinationibus huiusmodi facili negotio derogatur, præsertim

sertim contraria consuetudine, sicenim leges humanæ, non solum ordinanter sed etiam obligantes sub peccato, non solum corrigi pñt et emendari ata per Expressam explicari, verum etiam consuetudine abrogari, multo facilius quis et simplicibus Ordinationibus derogatur.

Ad rationem dubitandi, Respondet. Contradicenter et non obedienter Comiss. non seruantes ordinationes Gñales, prohibentes aliquid, quod alias iure naturali aut positivo Diuino vel humano est interdictum non incidunt in Bullam Greg. 13, concedo, Contradicenter Comiss. prætermittentibus adimplectionem ordinationis simplicis, qua retatur aliquid per se indifferens, et nulla alia lege naturali aut diuina prohibitum, non incidunt in pœnas in Bull. pdicta illatas; nego, Cuiusmodi ordinationes illas esse non est dubium, quibus ordinatur; ne Pater Gñalis in missione Commissarij tempus biennale anticipet; ne Comissarij Clericos ad Ordines nitatur aut Prædicatores instituat,

Resp. 2do Dato quod contradicenter et non obedienter Comiss. metam debitis transilientibus, ordinationes præsertim temere tenuatibus non incidat in Bullam Greg. recusantes hi suos Comiss. et repellentes, iugum obedie excutientes, incidere in pœnas rebellionis in Bull. pdicta apposita, nemo sanæ mentis ambigit. Nam præcipienti etiam P. Ministro aliquid quod est contra [illegible] et Regulam, subditus non debet obedire, imo oportet magis obedire Deo qm hñbs, iugum hi obedie non debet excutere nec debet contra Minum excipere; quivis enim præcipienti ea quæ sunt contraria præceptis Dei et volenti sic contradicenter excommunicare, licitum sit subdito appellare ad superiorem censuras contra Jus latas, non tamen est subdito integrum, Ministrum recusare et hostiliter repellere.

Interrogatio Quinta.

Quænam et quot sunt illa quæ ad hoc desiderium ut contradicenter Comissarijs à Rmo P. Gñali ordinario in Provinciam missis, eorum recusanter non incurrant pœnas in Bulla Greg. 13 contra latas latas?

Ex gratis

Ex premissis non obscure colligi, ad hoc ne contradicentes incurrant pœnas predictas, sufficere si contradicant et non obediant suis Comissis, precipiendo quod Deg et iustitia eius vetat, eorumq; sententias interea contra iura lata appellatione suspendant, preterea ad hoc ne recusantes pœnas in Bulla decretas incurrant, sufficit si recusatio et exceptio sit cognita non frivola: Quæ proinde inquirantur et sufficiant ad hoc, ne recusatio et exceptio sit frivola, eadem regnatur et sufficiant ne recusantes pœnas Bullæ memoratas subiaceant.

Respondentium ergo existimo, adhuc ut Exceptio sit licita et iusta non illicita et frivola, in primis regni libertatem et cognitionem, qã honitas et iusticia et honestas moralis, non competit nisi actui humano, quæ non est, nisi actus liber procedens ex cognitione: Rursus non minus certum est, non sufficere qmcung cognitionem, etiam deliberatam ut Exceptio honesta sit et bona moraliter. sed regni cognitionem alicuius bonitatis honestæ in ipso actu, aut alicuius bonitatis valde utilis et necessariæ.

Ad quod intelligendum, Aduertendum est præter iudicium prudentiale, quo iudicatur Exceptionem factam, cum debitis circumstantiis esse licitam requiri aliud iudicium particulare, quod in Exceptione particulariter regnat quo altius cognitionem licitæ et honestæ in exceptione, cognoscatur: præterea esse necessitatem particularem Exceptionis ut merito quis excipere possit. Nam cum ex dictis in Responsione ad 3. Interrog. et præcipue ex illo S. Matth. c. 5. v. 40. Et qui vult tecum iudicio contendere et tunicam tuam tollere dimitte ei et pallium: Cum ingã ex S. Scripta sententia, constet, legem mundi esse, cum iniuriante contendere, non mundi autem sed Christi legem esse, raptum tunicam etiam pallium deijcere in auditorium, eo ipso censendum est, non bene exceptionem opponi extra necessitatem, qmuis adesset veritas et iustitia: Ut ergo cognoscatur quod adesset huiusmodi necessitas, recte requiritur iudicium particulare, quod maxe conuenit cum discretione speciali, quam hic dat Excipiendo, non solum ad hoc ut quis discernere inter exceptionem licitam seu inter bonam, seu bene circumstantiatam

circumstantiam

cumstationatam, et inter Friudam: verum adhuc insuper vt valeant discernere, inter eam quod sit extra necessitatem, idq; ad discernendum, non quod sit ex necessitate conducente ad bonum cõe promouendum vel malum repellendum.

Rara enim litigia tractari sine Iniustitia, vel sine comitatu Iniustitiæ, sc̃ sine insidiis, fraudibus, iniurijs, iuxta illud S. Pauli 3. ad Corin. Jam quidem delictum omnino est in vobis, quod iudicia habetis inter vos, quare non magis iniuriam accipitis, quare non magis fraudem patimini, sed vos iniuriam facitis et fraudatis et hoc fratribus: Etsi enim vir non est grauis Iniusta, tamen non est sine comitatu iniustitiæ: qui grauem non solum Iustitiam sed et comitatum eius odit, is misidiar, fraudes et iniurias malit accipere qm̃ inferre: 2dò Ad hoc vt Exceptio sit Iniusta, requiritur, vt Excipiens sit improbus litigator: 3tiò ne Exceptio opponatur con̄ comitis receptũ patenter visitantem, litemq; nemini intentantem. 4tò vt Exceptio in libello relata, causas veras Exceptionis, contineat quod Excipiens confirmet iurando, se non causa calumniæ agere: 5to, ne Exceptio iniquo et maligno animo opponatur. 6to vt recusan̄ finem et modum Recusationis Regularis non excedat. 7mò vt recusans non compareat amplius cor̄ recusato.

Primam conditionem regni certum é, qà improbus litigator, odio habet pacẽ ideoq; iure præsumit de lana caprina litigare, porrectio enim accendit litem, et vir peccator turbabit amicos et in medio habentium pacem, immittet inimicitiam, inqt sapiens, Eccl 20. Improbus autem litigator censetur sdm̃ iura, qui est astutus nimis, et callidus sæcularibus argumentis, ac litigiosis contentionibus vehementer intentus, qui in mutandis et instituendis Prælatis, ac perturbandis Tribs, æstuans non quiescit: 2dò. ille etiam improbus reputatur Litigator, qui aliquam iniustam suspicionem ex lite contraxit, vel qui ex euentu litis, iniustus vel improbus fuerit declaratus: 3tiò. Improbus litigator præsumit, qui senes et infirmos ad litem trahit, eos præsertim qui in Regimine introductione primam glaciem fregerunt, et in quorum laboreis ipse intrauit fructus fructibus laborum et sudorum suorum contrauenit n. illi regulæ Nemo debet alterius fructum consequitur impugnare.

Idem

Secundam etiam conditionem regri, patet ex responsione ad 3tiam Intro-
gã Exceptio è, Oppositio con' Judicem litem intentantem, adeò quod si Commissus
extrajudicialis P. Marum, vel Præam grauaret, non eet recusandus, nisi postea
rudicialis procedere voluerit: semper n. superiores recusatio, in actione sit cãa,
causa autem non agitatur nisi coram Judice, Deterra Accusatio, Appellaõ, Recu-
satio Superioris, eandem personam respiciunt sub eãdem ratione, sed Accusatio
et appellaõ, præsertim seguens recusationem vel ei coniuncta respiciens Supe-
riorem vt Judicem non vt Prem: Accusatio fit tantum coram Judice et
Appellaõ fit à Judice: ergo et Accusaõ è oppositio con' judicem litem inten-
tantem: Confirmr, gã Recusatio debet fieri scripto libello, qui debet porrigi
rudicialiter post citationem et comparitionem rei: ergo non gt recusari Su-
perior, nisi qui gerit se vt Judex

Tertiam quoq; conditionem exigi, Nauarrus q. Releã. in Caput, cum contingat
de Rescrip. decima causa multiplicr, ny. probat ex multis textibus, in quibus
decernit exceptionem fieri debere, non verbo sed scripto et causa recusãdi
expressa, adhibito ab Excipiente iuramento, se non causa calumniã, recusare.

Quartam autem Conditionem desiderari patet, hm gã ex intentione mala
vel bona, actus boni à malis dishngnt: ergo et Exceptio valida à Prima
in ee discrepat, gã legitima sit bono et ordinato animo, Prima autem aio
inordinato et iniquo: Tum gã bonum ex integra cãa, malum autem ex de-
fectu omnis causæ et mxe ex defectu bonæ intentionis: Exceptio igr
vt bona sit et legitima, regritr vt bono fiat animo: Tum gã intendens
aliquid, non intendit contrarium eius, sed qui intendit malo aio recusare,
intendit Justitiæ illudere vel eam eludere: gintendens aut iuste recusare, non
intendit iustitiæ illudere, imò intendit iuste iudicari, ergo ad hoc vt Recusaõ
valida debet fieri aio, seu intentione bona et ordinata

Quintam tandem conditionem ad eundem effectum vt Recusatio sit legi-
tima esse necessariam: patet, gã suus cuiusuis probæ actionis est modus, scili-
cet neq; scelerati aut extremè superbi, aut extremè humiles Tum gã si Superior
qui non è conditionis detentionis, subditus, qpt à subditis recusari modo pre-

postero.

postero, contra eos procedens, prefecto et subdito, modo procedendi contra Superiorem nimium excedens, non est tolerandus. Tum qa defensio, quo non ita praeiudicat Superiori ut Exceptio, cum haec ipsum penitus ex authorizet, debet ee moderata, cum moderamine inculpatae tutelae? ergo si defendenti non licet iniurijs Superiorem afficere, nec licet in defensionibus cui eum calumnijs inhonestum stringere et manus illi etiam sacrilegas injicere, a fortiori recusatio cum tali rabie facta, frivola et exacerbata excessiua.

Vltimam tandem Conditionem ad eundem effectum, ne Recusatio sit frivola esse requisitam patet ex iure vt probat Navi citato loco, nam si post Exceptionem et duram repulsam, denuo coram Excepto et recusato recusans comparet, tantoq magis si eum denuo Superiorem agnoscat, ipsemet, nouo huc recusandi modo seipsum refellit, demonstrans recusationem illam non fuisse veram sed apparentem, ad tegendam insanam, foedamq rebellionem adhibitã, Praeterea, tametsi recusare Comissi vel contra eum recipere exceptione apparente, sit in potestate Recusantis, facta hi recusatione et Exceptione apparenti non est amplius in eius potestate, non obligari ad luendam poenam Rebellionis delictam: sicut tametsi comburere v.g. segetes sit in manu et potestate incendentis, facta hi conflagratione, non est in eius potestate, non restituere aquae, ac non in sua potestate non comburere: Ideoq stat p viam Exceptionis repulsae ejusmodi a dignitate tanqm inhabilem et indignum, licet potuerit cui eum non excipere, facta autem Exceptione, nunc in potestate eius non excepisse et non obligari ad ea, quae ex natura actus sequntur, nisi iudice retractet et revocet recognoscens suam Exceptionem penitus fuisse frivolam, seu ipsissimam Rebellionem Exceptionis mantello palliatam: Si vero Recusatio est hi apparens seu fucata et ficta, seu si est pura Rebellio speciosa, Exceptionis non relata, tunc sic recusantibus, detrahenda est haec larua, et quia non sunt ipsi iudice est declarandum: alioquin et aliis perniciosissimis sceleribus honesti et virtutis velamen praetendentibus, larua non est detrahenda: quare interposita Exceptione, non est integrum Recusatibus, coram

recusato

recusato comparere, aut eum demum recipere, nisi recusans recusationem retractet. et satisfaciat.

Interrogatio Ultima

An Regularis perpetrans alterum Crimen Rebellionis, inauditus, indefensus, possit, imo debeat per sententiam declaratoriam sententiari?

Quaeritur specialiter: An Regularis ut hic pacto sententiari? Quia Secularem Principi rebellantem inauditum et indefensum posse damnari, est in confesso ut tenet Aragonius 2.2. quest. 62. artic. 7. idem tenet Navi in Manu. cap. 25. n. 9. Et nouissime Lezana in Quest. Regul. Tom. 3. v. Index, citans pro eadem sententia Panormitanum Sylu. Sanchez: Eandem quoq; sequitur Glossator Sum. Caietani Verbo Homicidium, citans pro eadem Lessium et Banner: si enim doceat aliquis, quemuis malefactorem notorium vel in crimine repertum, posse è vestigio damnari: Quia crimen Notorium et publicum est loco accusationis et testium, ne relinquit reo ius vllum defendendi se in iudicio, et ipsa notorietate facti excitat Iudicem ad sententiam. Docent preterea, quod quis ob eam etiam crimen non esset Notorium, sed tamen timeretur Rebellionis periculum si iuridice procederet, vel quod malefactor machinatur Reipublicæ aut priuatis perniciem, quæ aliter auerti non potest: quia eo casu crimen cõmissum, non tam punitur, quam impeditur malum imminens: Quare à fortiori certum est quod malefactor Principi se rebellem exhibens, inauditus et indefensus possit sententiari.

De Regularibus tamen posset dubitari vt obseruat Lezana loco nunc citato.

Respondendum nihilominus existimo, quod tametsi Prælatus Regularis non possit regulariter loquendo procedere cont reum non citatum, vel non auditum: In casibus tamen exceptis posse eum sic procedere vsq; ad

Sententiæ

